professionis suae quasi ueteranis decursis opibus actionum suarum; postremo se philosophiae tradiderunt eaque sibi regem laborum iustissimam putauerunt; si aios suos i earum rerum quae iucri non poterant inquisitione torquerent; ut non tam otium sibi quam negocium quae sisse uideantur. & quidem multo molestius quam in quo fuerant ante uersati; quanto iustius ego me ad illam piam; ueram; diuinam sapientiam; quasi ad portum aliquem tutissimum conferam; qua omnia dicta praesentia sunt; audita suauia; facilia intellectu; honesta susceptu. Et si quidam prudentes & arbitri aequitatis; institutiones ciuili iuris compositas accepiderunt; quibus ciuium dissidentium lites contentionesque sopirent; quanto melius nos & rectius diuinas institutiones literis prosequemur; in quibus non de stiliicidiis aut aquis arcendis; aut de manu conferendis; sed de spe de uita de salute; de immortalitate; de deo loquemur; ut superstitiones mortiferas erroresque turpissimos sopiamus. Quod opus nunc nominis tui auspicio; inchoamus Constantine imperator maxime; qui primus romanorum principum; repudiatis erroribus; maiestatem dei singularis ac ueri; & cognouisti & honorasti. Nam cum ille dies foelicissimus orbi terrarum illuxisset; quo te deus summus ad beatum imperii culmen euexit; salutarem uniuersis; & optabilem principatum; praeclearo initio auspiciatus es. Cum euersam sublatamque iusticiam reducens; terribilium aliorum facinus expiasti; pro quo factu dabit tibi deus foelicitatem; uirtutem; diuinitatem; ut eadem iusticia qua iuuenis exorsus es gubernaculum reip. etiam senex teneas; tuisque liberis; ut ipse a patre accepisti; tutelam romanis nominis tradas. Nam malis; qui adhuc aduersus iustos & alios terrarum partibus sauiunt quanto serius; tanto uehementius idem omnipotens mercedem sceleris exoluet; quia ut est erga pios indulgentissimus pater; sic aduersus impios rectissimus iudex; cuius religionem; cultumque diuinum cupiens defendere; quem potius appellem; quem alloquar; Nisi eum per quem rebus humanis iusticia ac sapientia restituta est. Omissis ergo huiusce terrenae philosophiae auctoribus; nihil certi asserentibus; aggrediamur uiam rectam; quos quidem si putarem satis idoneos ad bene uiuendum duces esse; & ipse sequerer. & alios ut sequerentur hortarer; sed cum inter se magna concertatione dissideant; secumque ipsi plerumque discordent; apparet eorum iter nequaquam esse directum. si quidem sibi quique ut est libitum; proprias uias impesserunt; confusionemque magnam quaerentibus; ueritatem reliquerunt. Nobis autem qui sacramentum uerae religionis accepimus; cum sit ueritas reuelata diuinitus; cum doctorem sapientiae; ducemque ueritatis deum sequamur; uniuersos sine ullo discrimine uel sexus uel aetatis ad caeleste pabulum conuocamus. Nullius enim suauior animo cibus est quam cognitio ueritatis; cuius asserendae atque illustrandae septem uolumina destinauimus; quibus ea res infiniti pene sit operis; & immensi. ut si quis haec dilatare atque exequi plenissime uelit; tanta illi rerum copia exuperet; ut nec libri modum nec finem reperiatur oratio. Sed nos siccirco breuiter omnia colligemus; quae omnia quae allaturi sumus tam clara sunt & lucida. ut magis mirum esse uideatur tam obscuram uideri hominibus ueritatem; & his praecipue qui sapientes uulgo putantur; uel quae tantummodo instituendi nobis homines erunt. hoc est ab errore quo sunt impliciti; ad rectiorem uiam reuocandi. Quod si fuerimus ut spero assecuti; mitemus eos ad ipsum doctrinae uberrimum fontem ac plenissimum; cuius hauistum atque potum; conceptam uisceribus sitim sedent; ardoremque restinguant. Eruntque illis omnia facilia; prona. manifesta. modo ne pigeat ad percipiendam sapientiae disciplinam legendi uel audiendi patientiam comodare. Multi. n. uanis superstitionibus perstinaciter inhaerentes obdurant se contra manifestam ueritatem; non tam de suis religionibus; quas praue asserunt bene meriti quam de se male; quae cum habeant iter rectum; deuios sequuntur anfractus. planum dese-

Diuisio  
opis in se  
ptē pres

runt ut per præcipitiū labātur. lucē relinquūt: ut in tenebris cæci ac debiles iaceant  
His cōsulēdū est: ne cōtra se pugnēt: uelintq; setādē ab inueteratis erroribus liberari:  
qd̄ atiq; faciēt: si qua re sint nati aliquando peruiderint. Hæc. n. prauitatis est cā igno-  
ratio sui: quā si quis cognita ueritate discusserit: sciet quo referēda: & quēadmodū si-  
bi uita degenda sit. Cuius scientiæ breuiter summam circūscribo: ut neq; religio ulla: si  
ne sapientia suscipienda sit nec ulla sine religione probanda sapientia.

De errore philosophorū euacuatū puidētiā: & publica statuētū fide. Cap. ii.

**S**ceptio igitur illustrādæ ueritatis officio. nō putauī adeo necessariū ab illa  
quæstiōe principiū sumere. que uidetur prima eē natura. Sit ne puidētia: que  
rebus oībus cōsulat. an fortuito uel facta sint oīa uel gerant. Cuius scientiæ au-  
ctor ē Democritus. cōfirmator Epicurus. sed & antea Pythagoras. qui deos in dubium  
uocauit. & postea Diagoras qui exclusit. & alii nonnulli qui nō putauerunt deos esse.  
quid aliud effecerūt. ut nulla esse prouidentia putaretur: quos tamē cæteri philosophi  
ac maxime stoici acerrime retuderunt. dicentes nec fieri mundum sine diuina ratione po-  
tuisse. nec constare nisi summa ratione regeretur. Sed & M. Tullius quī academiæ  
disciplinæ defensor eēt. de: puidētia gubernatrice rerum. & multa & sæpe diseruit stoī-  
corū argumēta cōfirmās & noua ipse asserēs plurima: quod facit tū in oībus suæ philo-  
sophiæ libris: tū maxime in his qui sunt de natura deorū. Nec difficile sane fuit paucorū  
hoīum prauē sententiū redarguere mēdacia: testimonio populorū atq; gētū in hac una  
re nō dissidētū Nemo ē enī tā rudis: tā feris moribus: q nō oculos suos in cælo tollēs:  
tametsi nesciat cuius dei puidētia regatur hoc oē: qd̄ cernitur: aliquā tamē eē intelligat  
ex ipsa rerū magnitudine: motu: dispositōe. cōstātia: utilitate. pulchritudine. tēperatiōe  
Nec posse fieri quin id qd̄ mirabili rōne cōstat: nisi cōsilio maiore aliquo sit instructū.  
Et nobis utiq; facilimū ē exequi hanc p̄tē: quā libet copiose. Sed q̄a multū iter philoso-  
phos agitata res ē: & puidētiā tollētibus satis respōsū uidetur ab hominibus argutis  
& eloquentibus: & de sollertia diuinæ puidētiæ per totū hoc opus: quod suscepimus:  
sparsim. dicere nos necesse est. Omittamus hanc in præsentī quæstiōe. quæ cū cæteris  
sic cohæret: ut nihil a nobis differi posse uideatur: ut nō simul de puidētia differatur.

An potestate unius dei mūdus regatur: an multorum:

Cap. iii.

**S**it igitur nostri operis exordiū quæstio illa cōsequens ac secūda. Vtrū potestate  
unius dei mūdus regatur: an ne multorū: Nemo ē qui deū sapiat: rationēq; se  
cū putet. qui nō unū eē intelligat: qui & cōdiderit oīa & eadē quæ cōdidit: uir-  
tute moderetur. Quid enī multis opus est ad mūdi regimen sustineo dū: nisi forte arbi-  
tremur si plures sint: minus habere singulos neruorū atq; uiriū. Qd̄ quidē faciūt ū qui  
eē multos uolūt quia necesse est imbeciles eē: siquidē singuli sine auxilio reliquorū: tā-  
ta molis gubernaculū sustinere nō possent. Deus autē qui est æterna mens: ex oī utiq;  
parte perfectæ cōsumatæq; uirtutis ē. Quod si uerū est: unus sit necesse ē. Potestas. n.  
uel uirtus absoluta: retinet suā p̄priā firmitatē. Id autē solidū extimādum est: cui nihil  
decedere: id p̄fectū. cui nihil possit accidere. Quis dubitet potentissimū esse regem: qui  
totius orbis habet imperiū: neq; immerito cū illius sint quæ ubique sūt oīa. cū ad eum  
solum omnes. undique copie cōgregantur. At si plures p̄tātur orbē: minus certe. opū:  
minus uiriū singuli habebunt. cum itra præscriptā portionem se quisque contineat.  
Eodē etiā. modo: si dii plures sint minus ualebunt: aliis tantūdem in se habēribus. Vir-  
tutis autē perfecta natura nō potest esse nisi in eo in quo totū est: q̄ in eo in quo pars exi-  
guade toto est. Deus uero si perfectus est. quia perfectus est (tu esse debet) nō potest

a iii

Democri-  
tus epi-  
curus  
Pytha-  
goras  
Dyago-  
ras nega-  
uerūt pro-  
uidentiā:  
M. Tul-  
lius stoy-  
cos secura  
potu-  
it deū reā  
pate oīa.

DIVINARVM INSTITVTIONVM.

esse nisi unus: ut in eo sint omnia. Deorum igitur uirtutes ac ptates infirmiores sint ne  
 cesse est: quia tantum singulis deerit quantum in ceteris fuerit: ita quanto plures, tan-  
 to minores erunt. Quid q̄ illa summa rerū potestas ac diuina uis ne semel quidē diui-  
 di potest: Quicquid enim capit diuisionem: & interitum capiat necesse est. Si autem in-  
 teritus procul est a deo: quia incorruptibilis est & aternus: consequens est ut diuidi po-  
 testas aeterna nō possit. Deus ergo unus est: si nihil aliud esse potest: quod tantundem  
 capiat potestatis. At hi tamē qui multos esse arbitrantur. officia inter se dicunt esse par-  
 titos. de quibus omnibus suo loco disputabimus. Illud interim quod ad praesentem lo-  
 cum pertinet: teneo. Si partiti sunt officia inter se. eodem reuoluitur res: ut ex his quili-  
 bet. sufficere omnibus nequeat. Perfectus igitur iā nō erit qui cessantibus ceteris. nō  
 potest omnia gubernare. Ita fit ut ad regendum mundum unius perfecta uirtute magis  
 opus sit: q̄ inbecillitate multorum. Qui autem putat hanc tantam magnitudinem non  
 posse ab uno regi: fallitur. nec. n. quāta sit uis ptas diuine maiestatis intelligit: si exi-  
 stimat singularem deum qui facere mundū potuit. eundē regere nō posse quē fecit. At  
 si cōcipiat animo quanta sit diuini huius operis immensitas: cum antea nihil esset. tamē  
 uirtute atq; consilio dei ex nihilo esse cōstata. quod opus nisi ab uno inchnari perficiq;  
 nō potuit: iam intelliget multo facilius ab uno regi quod est ab uno constitutum. Di-  
 cat fortasse aliquis: ne fabricari quidem tam immensum opus mūdi: nisi a pluribus po-  
 tuisse. quanlibet multos: qualibet magnos faciat: quicquid in multis magnitudinis. po-  
 testatis: uirtutis. maiestatisq; posuerit: id totum in unum confero. & in uno esse dico: ut  
 tantum in eo sit istarum rerum. quātum nec excogitari: nec dici potest. Quia in re. quō-  
 niam & sensu dīcimus: & uerbis. quia neq; tāta intelligentiā lucē: pectus humanum  
 neq; explanatioē tantarū rerum capit lingua mortalis: id ipsū intelligere nos oportet. ac  
 dicere. Video rursus quidē contrario dici possit. Tales esse illos plures: qualem nos uo-  
 lumus unum. At hoc fieri nullo pacto potest. q̄ singulorum potestas progredi lōgius  
 non ualebit: occurrentibus sibi potestatibus ceterorum. Necesse est enim ut suos quis  
 q; limites aut transgredi nequeat: aut si transgressus fuerit suis alterum sūibus pellat.  
 Non uident qui deos multos esse credūt. fieri posse: ut aliquid diuersum uelint ex qua  
 re disceptatio inter eos & certamen oriatur sicut Homerus bellantes inter se deos finxit  
 cum alii Troiā capi uellent: alii repugnarent: Vnius igitur arbitrio mundum regi nece-  
 sse est. Nisi enim singularum partium potestas. ad unā prouidentiam referatur: non po-  
 terit summa ipsa constare unoquoq; curante nihil amplius: q̄ quod ad eum proprie per-  
 tineat. Sicut ne res quidem militaris: nisi unum habeat ducem atq; rectorem. Quid si  
 in uno exercitu tot fuerint imperatores: quot legiones. quot cohortes: quot cunei. quot  
 falax: primum: nec instrui poterit acies. unoquoq; periculum recusante. nec regi facile:  
 aut temperari. q̄ suis ppriis consiliis utantur omnes: quorū diuersitates plus noceant:  
 q̄ prosint. Sic in hoc rerum naturā imperio: nisi unus fuerit ad quem totius summā cu-  
 ra referatur: uniuersa soluentur. & corruent. Dicere autem multorum arbitrio regi mū-  
 dum: tale est. quale si quis affirmet: in uno corpore multas esse mentes quoniam multa  
 & uaria sunt ministeria membrorum: ut singulos corporis sensus. singulae mentes rege-  
 re credantur. Item multi affectus quibus commoueri solemus uel ad iram. uel cupidi-  
 tima con-  
 futās plu-  
 res eē de-  
 os

Compa-  
 ratio op-  
 tima con-  
 futās plu-  
 res eē de-  
 os

LIBER PRIMVS

posse: Quod quia intelligunt isti assertores deorum ita eos præesse singulis rebus: ac parti-  
bus dicunt: ut tamen unus sit rector eximius. Iam ergo cæteri dii: non erunt: sed satellites  
ac ministri: quos ille unus maximus & potens omnium officiis his præfecerit: ut ipsi eius  
imperio ac nutibus seruiant: si uniuersi pares non sunt: non igitur diuitiores sunt. Nec enim potest hoc  
id est esse quod seruit. & quod dominatur. Nam si deus est nomen summe potestatis: incorruptibilis esse  
debet perfectus. impassibilis: nulli rei subiectus. ergo dii non sunt: quos parere uni ma-  
ximo deo necessitas cogit.

Prophetarum asserti testimoniis quod unus tantum sit deus.

Ed quia non frustra falluntur hi: qui hoc putant eam huius erroris paulo post aperie-  
mus. Nunc unitatem diuinæ potestatis testimoniis comprobemus. Prophetæ qui  
fuerunt admodum multi: unum deum prædicant: unum loquuntur. quippe quod unius dei spi-  
ritu pleni: quæ futura essent. pari & consona uoce prædixerunt. At enim ueritatis expertes  
non putant his esse credendum. illas enim non diuinas: sed humanas uoces fuisse aiunt: uidelicet  
quia de uuo deo præconium faciunt: aut insanii. aut mendaces fuerunt. At qui impleta est in pleris-  
que quotidie illorum uaticinia uidemus: & in unam sententiam congruens diuinatione: docet non fu-  
isse furiosos. Quis enim mentis semotus: non modo futura præcineret. sed et cohererentia loqui  
posset? Nunc ergo fallaces erant qui talia loquebantur: quod his tam longe alienum fuit: quam ratio  
fallendis: cum cæteros ab omni fraude cohiberent. Idcirco enim a deo mittebantur. ut &  
præcones essent maiestatis eius: & correctores prauitatis humanæ. Præterea uoluntas  
singendi ac mentiendi eorum est. qui opes appetunt. lucra desiderant. quæ res procul dubio  
ab illis sanctis uiris absuit. Ita enim delegato sibi officio functi sunt: ut derelictis omnibus  
ad tutelam uitæ necessariis: non modo in futurum sed ne in die quidem laborarent: cotenti ex-  
porali cibo quæ deus subministrasset. & hi non modo quæ sunt ullum habuerunt: sed etiam cru-  
ciatus atque mortem. Amara sunt enim uitiosis ac male uiuentibus præcepta iustitiæ. Itaque  
hi quorum peccata arguebantur: & prohibebantur. excruciatos eos acerbissime necauerunt.  
Ergo atque quibus absuit studiū lucri. absuit etiam uoluntas & cæca fallendi. quid quod aliqui eorum  
principes aut etiam reges fuerunt. in quos cadere non posset suspicio cupiditatis ac frau-  
dis: & tamen præconium dei singularis: eadem quam cæteri diuinatione fecerunt.

De testimoniis poetarum.

Ed omitamus sane testimonia prophetarum: <sup>ne</sup> minus idonea probatio uideatur esse  
de quibus his omnino non creditur. Veniamus ad auctores. & eos ipsos ad ueri pro-  
bationem testes citemus: quibus contra nos uti solent: poetas dico ac philoso-  
phos: ex his unum deum probemus necesse est. non quod illi habuerint cognitam ueritatem: sed quod  
ueritatis ipsius tanta uis est: ut nemo possit esse tam cæcus: qui non uideat ingerentem se oculis  
diuinam claritatem. Poetæ igitur quibus deos carminibus ornauerint. & eos res gestas appli-  
ca uerint summis laudibus. sæpissime tamen confitentur spiritu uel mente una: contineri regi-  
que omnia. Orpheus qui est uetustissimus poetarum: & æqualis ipsorum deorum. siquidem traditur  
inter argonautas cum Tyndaridibus & Hercule nauigasse. deum uerum & magnum <sup>πρωτογονο</sup>  
<sup>νο</sup>. i. primo genitum appellat: quod ante ipsum nihil sit genitum. sed ab ipso sint cuncta gene-  
rata. Eundem etiam <sup>φωστηρα</sup>. i. illuminatorem nominat. quoniam cum adhuc nihil esset: primus ex  
infinito apparuerit & extiterit. cuius originem atque naturam: quia concipere animo non poterat:  
ex aere imenso natum esse dixit <sup>πρωτογονοσ φαστεων περιμικροσ ηεροσδιο</sup>. i. principio  
genitus a Pheaton longo aere natus. Aliud enim amplius quod diceret: non habebat. Hunc ait  
esse omnium deorum parentem: quorum cæca cælum condiderit: liberisque prospexerit. ut haberent ha-  
bitaculum sedemque communem <sup>εκτισεν αθανατοισ ιχομοναφτιον</sup>. i. condidit immortalibus

diuitiores

Veracitas pphe-  
tarum.

ab

Quomo-  
do pphe-  
te uera di-  
xerunt

Orphe-  
us de deo  
quid sen-  
tiat.

DIVINARVM INSTITVTIONVM.

domū icorruptibilē. Naturā igitur huc rōe ducēte intellexit eē prāstātissimā potentiā cœli ac terræ cōditricē. Nō poterāt enī. Iouem dīcere esse principē rerū: qui erat saturno genitus. neq; saturnū ipsū: qui cœlo natus ferebatur. Cœlam aut tanq̄ deū primū cōstituere nō audebat: quod uidebat esse elementū mūdi. qđ ipsū egerit auctore. Hæc eū ratio perduxit ad illū deū primogenitū: cui assignat & tribuit principatū. Homerus nihil nobis dare potuit: qđ ptineat ad ueritatē: qui humana potius q̄ diuina conscripsit. Hesiod<sup>9</sup> Potuit Hesiodus. q̄ deorū generationē unius libri opere cōplexus est: sed tamē nihil de dit: nō a deo cōditore sumens exordium: sed a Chao: qđ est rudis inordinata: q; materiæ cōfusa cōgeries: cū explanare añ debuerit chaos ipsū: unde. quādo. quomodo eē aut cō stare cœpisset. Nimirū sicut ab aliquo artifice: disposita. ordinata effecta sūt oīa: sic ipsā materiā fictam esse ab aliquo necesse est. Quis igitur hāc nisi dominus fecerit: cuius potestati subiacēt omnia: Sed refugit hoc ille dum horret incognitam ueritatē. Nō enī musarum instinctu: sicut uideri uolebat: in Helicone: carmē illud effudit: sed meditatū uenerat & paratus. Nostrorum primus Maro non longe fuit à ueritate: cuius de summo deo: quem spiritum ac mentem nominauit: hæc uerba sunt.

» Principio cœlam ac terras: camposq; liquentes:  
 » Lucentemq; glaucum lunæ. titania astra. Spiritus intus alit: totamq; infusa p̄r artus  
 » Mens agitat molem: & magno se corpore miscet. Ac ne quis forte ignoret: qui suā esset ille spiritus: q̄ tantū haberet prātis: declarauit alio loco dicens. Deū nāq; ire per omnes:  
 » Terrasq; tractusq; maris: cœlūq; pfundū. Hic pecudes. armēta. uiros genus oē serarū

Ouidius<sup>9</sup> Quenq; sibi tenuis nascentē accēdere uitas. Ouidius quoq; in principio præclarī op̄ris sine ulla nominis dissimulatione: a deo quē fabricatorem mundi: quem rerum opificem uocat: mundum fatetur instructum. Quid si uel Orpheus: uel hi nostri quæ natura ducente senserunt in perpetuum defendissent: eandem quam nos sequimur doctrinā comprehensa ueritate tenuissent. Sed hæcenus de poetis: ad philosophos ueniamus: quorum grauior est auctoritas: certiusq; iudicium: quia non rebus commentitiis sed in uestigandæ ueritati studuisse creduntur. Tales milesius: qui unus ex numero septem sapientium fuit: qui primus oīum quæsisse de causis naturalibus traditur: aquam esse dixit: à qua nata sunt omnia: Deum autē esse mentē: quæ ex aqua cuncta formauerit. Ita materiā oīum rerum posuit in humore: principū cāmq; nascēdi posuit in deo. Pythagoras ita diffiniuit qđ esset deus: animus qui per uniuersas mūdi partes oēmque naturam cōmeās atque diffusus: ex quo oīa quæ nascūtur animalia: uitā capiūt. Anaxagoras de um esse dixit infinitā mētē: quæ per seipsā moueatur. Antisthenes multos quidē eē populares deos: unū tamē naturalē: summæ totius artificē. Cleantes & Anaximenes æthera dicunt esse summum deum: cui opinioni poeta noster assensit

Tum pater oīpotēs fœcūdis hymbribus æther. Cōiungis in gremiū lætæ descendit: & oēs Magnus alit: magno permixtus corpore fœtus. Chrysippus naturalem uim diuinā rōne præditā: interdū diuinā necessitatē deū prædicat. Itē Zenō diuinā: naturalēque legem. Horū. n. oīum sentētia quis sit incerta: eodē tamē spectat: ut puidētiam unam esse consentiant: siue enī natura. siue æther. siue ratio. siue mens. siue fatalis necessitas: siue diuina lex: siue quid aliud dixeris: idem est quod a nobis dicitur deus. Nec obstat appellationū diuersitas: cum ipsa significatione ad unum oīa reuolantur. Aristoteles quis ipse secū dissideat: ac repugnātia sibi & dicat & sentiat: in summū tamē unā mētē mūdo præesse testatur. Plato qui oīum sapiētissimus iudicatur: monarchiā plene apte que defēdit: nec æthera: aut rationē: aut naturā: sed ut ē deū nominat: ab eo mūdū hunc

*Philosophi.*

Thales  
milesius  
aquā di-  
xit oīum  
esse prici-  
pium  
Pytha-  
goras  
Anaxa-  
goras  
Antisthe-  
nes  
Cleantes  
& Anaxi-  
menes  
Chrysi-  
pus  
Zenō:  
Aristote-  
les  
Plato

perfectum atque mirabile esse fabricatum. Quod uero Cicero secutus atque imitatus in plurimis Cicero  
deum confitetur: ac supremum uocat in his libris: quos de legibus scripsit: ab eoque regi  
mundum argumentatur: cum disputet de natura deorum hoc modo. Nihil est praesertim deo;  
ab eo igitur mundum regi necesse est. Nulli igitur est naturae obediens aut subiectus deus: omnem  
ergo regit ipse naturam. Quid autem sit deus: in consolatione definit. Nec uero deus ipse qui in  
telligitur a nobis, alio modo intelligi potest nisi mens soluta quaedam & libera segregata ab  
omni concertatione mortali. omnia sentiens: & omnia mouens. Annæus quoque Seneca qui ex ro Seneca  
maius uel accerimus stoicus fuit: quae saepe summum deum merita laude persequitur. Nam cum de  
imatura morte differeret, non intelligis inquit auctoritatem ac maiestatem iudicis tui: recto  
ris orbis terrarum: coelique & deorum omnium dei a quo ista numina quae singula adoramus &  
colimus: suspensa sunt. Itaque in exhortationibus. Hic cum prima fundamenta molis pulcher-  
rimae iaceret: & hoc ordiretur: quo neque maius quicquam nouit natura: nec melius: ut omnia  
sub ducibus suis irent: quis ipse pro toto se corpus intederat: tamen ministros regni sui deos ge-  
nuit. Et quae multa alia de deo nostris similia locutus est quae nunc differo: quae aliis locis opportu-  
niora sunt. Nunc satis est demonstrare summo ingenio uiros attigisse ueritatem ac pene tenu-  
isse: nisi eos retrorsum infucata prauis opinionibus consuetudo rapuisset: quae & deos alios esse  
& colenda credebant.

*potentius foris.*

De testimoniis prophetarum & philosophorum. &  
de testimoniis Cottae pontificis Trismegisti: & de decem Sibyllis Cap. vi.  
Vnc ad diuina testimonia transeamus: sed prius unum proferam: quod est simile diuino  
& ob nimiam uetustatem: & quod is quem nominabo: ab hominibus inter deos relatus est.  
Apud Ciceronem, C. contra pontifem disputans contra stoicos de religionibus & de  
uarietate opinionum: quae solent esse de diis: ut more academicorum omnia faceret incerta: quique  
fuisse Mercurios ait: & enumeratis per ordinem quatuor: quintum fuisse eum: a quo Argus  
occisus sit: ob eaque causam in Aegyptum profugisse: atque Aegyptiis leges ac litteras tradidisse.  
Hanc Aegyptii *Ἡροῦλίου* appellant: a quo apud eos primus anni sui mensis, i. septem-  
bris nomen accepit. Idem condidit oppidum: quod et nunc graece uocatur Mercurii ciuitas: & Pha-  
mata seruatur: & colunt eum religiose. Quia tamen si homo fuerit antiquissimus: tamen & instructissi-  
mus omni genere doctrinae. adeo ut ei multarum rerum & artium scientia Trismegisti cognomen Mercurii  
imponeretur. Hic scripsit libros & quidem multos: ad cognitionem diuinarum rerum pertinentes: in  
quibus maiestatem summi ac singularis dei asserit: his deque nominibus appellat quibus  
nos deum & patrem: ac ne quis nomen eius requeret: *ἄνω γένον* esse dixit: eo quod nominis pro-  
prietate non egat: ob ipsam, scilicet unitatem: ipsius haec uerba sunt. *ὁ θεὸς ὁσὸς εἶσ' οἰομαί*  
*τὸ δὲ ὑπὲρ ὅσ' ἀεὶ τὰ ἰεὶσ' τὶ γὰρ ὁσὸν αὐτὸν ὁνομάσ'.* id est. Deus autem unus: unus autem nomine  
non eget: quin est sine nomine est. Deo igitur nomen non est: quia solus est: nec opus est pro-  
prio uocabulo: nisi cum discrimen exigit multitudo: ut unam quamque personam sua nota:  
& appellatione designes. Deo autem quia semper unus est: proprium nomen est deus. Super  
est de responsis: carminibus quae sacris testimonia: quae sunt multo certiora proferre.  
Nam fortasse hi: contra quos agimus: nec poetis putant esse credendum: tanquam uana  
fingentibus: nec philosophis. qui errare potuerunt: quia & hi homines fuerunt. M. Var-  
ro, quo nemo unquam doctior: ne apud graecos quidem neque apud Latinos uixit: in Libris  
rerum diuinarum. quos ad C. Caesarem scripsit pontificem maximum: cum de quindecim  
uicinis loqueretur. sibyllinos libros ait non fuisse unius Sibyllae: sed appellari uno no-  
mine sibyllinos: quod omnes sceminae uates. Sibyllae sunt a ueteribus nuncupatae: uel ab  
unius Delphidis nomine, uel a consiliis deorum denunciandis, *σίουσ' enim deos non ὁνομάσ'*

Stoicus

*opinionibus*Mercurii  
useris  
magnus  
quid de-  
deo sciat

DIVINARVM INSTITVTIONVM

& consiliū nō βουλήν sed βουλίαν appellabāt æolico genere *scythois*. Itaq; Sibyllā dictam esse quasi θεοβουλίη. Cæterū Sibyllas decem numero fuisse: easq; omnes enumerauit sub auctoribus: qui de singulis scriptitarunt. Primam fuisse de Persis: cuius mentionem fecerit Nicanor. qui res gestas Alexandri Macedonis scripsit. Secundam Libycam: cuius meminit Euripides in *Limix* plogo. Tertiam Delphicam: de q; Chrysippus loquit̃ in eo libro: quem de diuinatione composuit. Quartam Cumanam in Italia: quam Neuius i libris belli punici: Piso in annalibus nominat. Quintam Erythræam: quam Apollodorus Erythræus affirmat suam fuisse ciuem. Eamq; grauis illū pententibus uaticinatam & periturā esse Troiam: & Homerū mendacia scripturū. Sextā famiam: de qua scripsit Erathostenes in antiquis annalibus samiorū reperisse scriptum Septimam Cumanam nomine Amaltheam: quæ ab aliis Demophiletis Herophile nominat̃: eamq; nouem libros attulisse ad regem Tarquiniū Priscum: ac p̃ eis trecentos philippeos postulasset: regem q; asp̃ernatum præciū magnitudinem & derisisse mulieris insaniam illā in cōspectu regis tres cōbussisse: ac p̃ reliq; idē præciū postulasse. Tarquiniū multo magis mulierem insanire putasse. Quæ denuo tribus aliis exultis: cum in eodem præcio perseueraret: motū esse regem: ac residuos trecētis aureis emisse: quorū postea numerus sic auctus: capitolio resecto ex omnibus ciuitatibus & italicis & graecis & præcipue erythreis coacti allatiq; sunt romam: cuiuscunq; Sibylle nomine fuerunt. Octauam Hellepōticam in agro troiano natam uico Marinello circa oppidum Girgithium: quam scribit Heraclides ponticus solonis & Cyri fuisse tēporibus. Nonam Phrygiam: quæ uaticinata sit Anciræ: Decimā Tiburtē noie Albumeæ: quæ Tiburi colit̃ ut dea iuxta ripas amnis Amenis: cuius in gurgite simulachrū eius inuentū eē dicē tenens i manu librū. Cuius sacras senatus i capitoliiū abstullerit. Harū oium sibyllarū carmina & ferunt̃ & habent̃ præterq; Cumeæ: cuius libri a Romanis occulant̃ nec eos nisi a quindecim uiris ispicī fas ē. Et sūt singularū singuli libri: qui quia sibyllæ noie scribuntur: unius eē creduntur: suntq; confusi: nec discerni ac suam cuiq; assignari potest præter erythræa: quæ & nomen suum carmini uerum inseruit: & erythræam se nominatum iri prælocuta est: cū eēt orta Babiloniæ: sed & nos cōfuse sibyllā dicemus sic ubi testimoniis earū fuerit abutēdū. Oēs igit̃ hæ sibyllæ unū deum prædicant: maxime tamē erythræa: quæ celebrior inter ceteras ac nobilior habet̃ siquidē Fenestella diligentissimus scriptor de .xv. uiris dicēs ait. Restituto capitolio rettulisse ad se. C. Curiōnē cō. ut legati erythras mitterentur: q; carmina sibyllæ cōq; sita Romā deportarēt. Itaq; missios eē. P. Gabiniū. M. Octatiliū. L. Valeriū: q; descriptos a priuatis uersus circa mille Romā deportarūt: idē supra ostēdimus dixisse Varronē. In his ergo uersibus quos legati Romā attulerūt: de uno deo hæc sunt testimonia: εἷς θεός οὐ μόνος εἷς ἄλλος οὐδὲ πρὸς ἄλλο. ἰ. unus de⁹ q; solus præcipat̃: isq; amplissim⁹ icreat⁹. Hūc eē solū deū lūmū q; cælū fecerit: lūinibusq; distixerit ἀλλὰ θεός μόνος εἷς ἄλλος ἢ πρὸς ἄλλο οὐδὲ πρὸς ἄλλο. ἰ. sed deus solus unus eminentissimus: qui fecit cælum soleq; & stellas: lunāq; fructiferāq; terrā & aquæ maris fluctus. Quis: quō solus sit ædificator mundi & artifex rerū uel qbus cōstat: uel q; i eo sūt solū colī oportere testat̃ αὐτός τὸν μόνον οὐδὲ πρὸς ἄλλο. ἰ. id est ipsum q; solus est: colite præcipē mūdi: q; solus ē i sæculū atq; a sæculo factus. Item alia Sibylla quæcumq; est. cum p̃ferre se ad homines dei uocem diceret: sic ait. μόνος ἄρα μὴ θεός καὶ ὄν κέσ τῶν θεῶν ἄλλος: id est solus enim deus sum: & non alius. Exe-

Quot si-  
cut sibyl-  
læ & qui-  
bus noi-  
bus nun-  
cupent̃:

Fenestel-  
la auctor

querer nūc testimonia ceterarū. nisi & hac sufficerēt: & illa oportunioribus locis referuarē. Sed cū defendamus cām ueritatis apud eos qui aberrātes a ueritate falsis religionibus seruiūt. quod genus probatiōis aduersus eos magis adhibere debemus: q̄ ut eos deorum suorum testimoniis reuincamus.

De testimoniis Apollinis & deorum.

Pollo enim quem præter ceteros diuinum maximeq; fatidicum existimāt:

Colophonæ respondens quod Delphis credo emigrauerat: amcenitate ductus

Asia: querenti cuidam quis esset: aut quid esset omnino deus: respondit uiginti

Apollo  
qd deū eē  
dixerit

ti & unū uersibus. quorum hoc principium est ἀντὶ τοῦ φησὶ ἀλλὰ δὲ κτὸς ἀμὶ τῶν ἄστυν  
ἐξ ἑξῆς κτὸς δὲ οὐ μὲν οὐ πὶ δὲ λόγῳ ὡς ἄλλοι μὲν νομίζουσιν ἡρώδης ἀπὸ τῶν τειρόσσι μί κρη δέ εἰ οὐ μὲν  
ἴριος ἀγγέλοι ἡμῶν: id est. Ex se ortus indoctus sine matre inexpugnabilis nomen: nec uerbo capiendum: in igne habitans modica autē dei portio angeli nos. Nunquid potes suspicari de ioue esse dictum qui matrem habuit & nomen. Quid quod Mercurius illeter maximus: cuius supra mentionem feci. non modo sine matre: ut Apollo: sed sine patre quoq; appellat deum: q; origo illi nō sit aliunde. nec enim potest ab ullo generari: qui ipsi uniuersa generauit. satis ut opinor & argumentis docui: & testibus confirmaui qd̄ per se satis clarū est. Vnū esse regē mundi: unū patrē: unū deū. Sed fortasse quaerit aliquis a nobis idem: illud qd̄ apud Ciceronē quaerit Hortensius. Si deus unus est: que esse beata solitudo queat: tanq̄ nos qui unū eē dicimus desertū ac solitariū dicamus. Habet. n. ministros: quos uocamus nuncios. Et est illud uerū qd̄ dixisse in exhortationib; Senecam supra rettuli: genuisse regni sui ministros deū. Verū hī neq; dii sunt: neq; deos se uocari aut coli uolunt: quippe q; nihil præter iussum ac uoluntatē dei faciant. Nec tamē illi sunt q; uulgo colūtur: quorū & exiguus & certus est numerus. Quod si cultores deorū ipsos eos se colere putant: quos summi dei ministros appellamus: nihil est q; nobis faciāt inuidiā: qui unū dicimus: multos negemus. Si eos multitudo delectat: nō duodecim dicimus: aut trecentos sexaginta quinq; (ut Orpheus) sed innumerabiles eē arguimus eorū errores: q; tam paucos putāt. Sciant tamen quo nomine appellari debeant: ne deam uerum uiolent cuius nomen exponunt dum pluribus tribuunt. Credant Apollini suo: qui eodem illo responso: ut Ioui principatum: sic etiam ceteris diis abstulit nomen. Tertios. n. uersus ostendit dei ministros: nō deos: sed rerū ministros appellari oportere. De se q; dē ille mētius est: q; cū sit e numero dæmonū angelis se dei aggregauit: dū deniq; in aliis responsis dæmonē se esse confessus est. Nam cū interrogaretur quomodo sibi supplicari uellet: ita respondit τῶν ἄστυν ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων κτὸς ἀμὶ τῶν ἄστυν ἰδὲ ἑξῆς κτὸς ἀμὶ τῶν ἄστυν id est oīa sapiens: oīa doctē: qui per cūcta uersaris exaudi dæmon. Itē rursus cum præces in Apollinem sminthium rogatus exprimeret: ab hoc uersu exorsus est: ἀπὸ τῶν ἰν κοστ μὲν φῶς ὁ λὲ καὶ σὺ φῶς ἀπὸ τῶν ἰδὲ ἑξῆς κτὸς ἀμὶ τῶν ἄστυν id est coaptatio mūdi & omnino lucide. & sapiens dæmō. Quid ergo superest nisi ut sua cōfessione uerberibus ueri dei ac poenæ subiacet sempiternæ. Nam in alio responso ita dixit ἀπὸ τῶν ἰδὲ ἑξῆς κτὸς ἀμὶ τῶν ἄστυν καὶ τῶν ἄστυν ἰδὲ ἑξῆς κτὸς ἀμὶ τῶν ἄστυν .i. dæmones qui degunt circa terram & circa pontum indefessi: domantur sub flagellis dei. De utriq; generibus in i. libro differemus. Interim nobis sat est q; dum se honorare uult: & in cælo collocare: cōfessus est id quod: quod res se habet: quomodo sint appellandi q; deo semp assistūt. Retrahant ergo se hoīes ab erroribus & abiectis religionibus prauis: parentem suum: doctissimūq; cognoscant: cuius nec uirtus existimari potest: nec magnitudo p̄spici: nec principium compræhendi: cum ad illum; mentis humanæ intentio & acumen & memo-

Orpheus  
auctor

DIVINARVM INSTITVTIONVM

ria p̄tulerit, quæ subactis & consumatis oibus uis substitit. Hæret: deficit. nec est ali-  
 quid ulterius quo progredi possit, uerum quia fieri nō potest, quin id quod sit, aliquan-  
 do esse cœperit, consequens est, ut qm̄ nihil ante illum fuit, ipse ante omnia ex seipso sit  
 procreatus: ideoq; ab Apollie ἀντὸφνῆος idest ex seortus. A Sibylla ἀντὸ τῆνῆος idest ex  
 se genitus: & ἀτῆνῆος. i. ingenitus: & ἀποιν τῆος. i. non factus nominatur. quod Sene-  
 ca homo acutus in exortationibus uidit. Nos inquit aliū de pendemus. Itaq; ad aliqū  
 respicimus: cui quod est optimum in nobis: debemus: Alius nos edidit: alius nos istru-  
 xit: deus ipse se fecit.

Erratū

De cœcitate eorum qui plures deos opinantur: & unde hic error hūit originē: & q; corpus deo non est necessarium: nec propagatio liberorum. Cap. viii.

Plato au-  
 ctor

Is igitur tot & tantis testibus cōprobatur unius dei pr̄tate ac prouidentia mū-  
 dum gubernari: cuius uim maiestatē quæ tantam esse dicit in Timæo Plato  
 ut eā neq; mente concipere: neq; uerbis enarrare quisq; possit ob nimiam & in-  
 extimabilem potestatem. Dubitet ergo aliquis an quicq; difficile aut impossibile sit deo:  
 qui tanta tamq; mirifica opera prouidentia excogitauit: uirtute cōstituit: ratione perfe-  
 cit: nunc autem spiritu sustētet tempestate moderetur: inexcogitabilis: ineffabilis: &  
 nulli alii satis notus q̄ sibi. Vnde mihi de tanta maiestate sæpius cogitanti: q; deos colūt  
 interdum uideri solent tam cœci: tam incognitabiles: tam excordes: tam non multum a  
 multis animalibus differentes: qui credāt eos: qui geniti sūt maris ac fœminæ coitu ali-  
 quid maiestatis diuineq; uirtutis habere potuisse cum Sibylla Erythrea dicat:

Sexus ui-  
 ri & mu-  
 lieris q̄ re-  
 iuētus sic

ἢ ἄ τῆ ἀνδρὸς ἐκ μῆτρῶν ἀντῆρῶν τῆ ἑοῦς τῆ τῆ ὑπομῆτρῶς εἰναι: idest non potest ex uiri se-  
 moribus & matrice deus formatus esse. Quod si est uerum sicuti est: apparet Hercu-  
 lem: Apollinem: Liberum: Mercurium: Iouemq; ipsum cum cæteris homines fuisse  
 quando sunt ex duobus sexibus nati. Quod est autem tam remotum a deo: q̄ id opus:  
 quod. p̄ se ad propagandam sobolem mortalibus tribuit. & q; sine substantia corpora-  
 li nullum potest esse: Diis ergo. si sunt immortales: æterni: quid opus est altero sexu:  
 nimirum ut generentur. ipsa progeniæ quid opus est: cū successionē nō egeant: qui fu-  
 turi sunt semper. Nam profecto in hominibus cæterisq; animantibus diuersitas sexus  
 & coitio & generatio nullam habet aliam rationem: nisi ut oia genera uiuentium: quo-  
 nam sunt conditione mortalitatis obitura: mutua possint successiōe seruari. Deo autē  
 qui est sempiternus: neq; alter sexus neq; successio necessaria est. Dicit aliquis ut ha-  
 beat ministros: uel in quos ipse possit dominari. Quid ergo opus est sexu fœmineo: cū  
 deus qui est omnipotens: ut uocatur: sine usu & opera fœminæ possit filios procreare?  
 Nam si quibusdam minutis animalibus id præstitit: ut sibi e foliis natos & suauibus  
 herbis ore legant: cur existimet aliquis ipsum deum nisi ex permixtione sexus alterius  
 non posse generare? Illos igitur quos imperiti & insipientes tanquam deos & nuncu-  
 pant & adorant: nemo est tam inconsideratus: qui non intelligat fuisse mortales. Quo-  
 modo ergo inquit aliquis: dii crediti sunt? Nimirū quia reges maximi ac potentissimi  
 fuerunt: ob merita suarum uirtutum aut munerum aut artium reptarum: cum cari fu-  
 issent hīs qbus iperitauerāt. In memoriā sunt cōsecrati. quod si quis dubitet. res eorum  
 gestas & facta cōsideret. quæ uniuersa tam poetæ q̄ historici ueteres prodiderunt.

De Hercule & gestu eius atq; ortu eius ex Ioue & Alcmena & morte eius. Ca. ix.



Hercules qui ob uirtutē clarissimus & quasi africanus inter deos habetur. nō  
 ne orbē terrarū: quē peragrassē ac purgassē narratur: stupris. libidinibus adul-  
 teriis inquinauit: nec mirū: cum esset adulterio genitus Alcmenæ. Quid tā

LIBER PRIMVS

de potuit in eo esse diuini: qui uis ipse uitiis mancipatus: & mares & feminas contra omnes  
 leges infamia: dedecore: flagitio affecit: Sed ne illa quidem quae magna & mirabilia gest  
 sit: talia iudicanda sunt: ut uirtutibus diuinis tribuenda uideantur. Quid enim tam ma  
 gnificum si leonem aprumque superauit: si aues sagittis deiecit: si regium stabulum egestis: gesta:  
 si uirginem uicit: cigulumque detraxit: si equos feroces cum domino interemit: Opera sunt ista  
 fortis uiri: hois tamen. Illa. n. quae uicit fragilia & mortalia fuerunt. Nulla est enim: (quod ait  
 orator) tanta uis quae non ferro aut uiribus debilitari frangi que possit. At animum uincere:  
 iracundiam cohibere. fortissimi est: quae ille nec fecit unquam: nec potuit. Haec qui faciat non  
 moro ego cum summis uiris comparo: sed simillimum deo iudico. Vellem abiicisset de libidine Vbi con-  
 luxuria: cupiditate: insolentia: ut uirtutem eius impleret: quae similem deo iudicabat. Non sicut ue  
 .n. fortior iudicandus est qui leonem: qui uiolentiam & in seipso inclusam feram superat iracundiam: ra forti  
 aut qui rapacissimas uolucres deiecit: quam qui cupiditates auarissimas coercet. Aut qui tudo  
 Amazonem bellatricem qui libidinem uincit: pudoris ac fame debellatricem: aut qui si  
 mum de stabulo: qui uicia de corde suo egerit: quae magis sunt pernitiosa: quia dome  
 stica & propria mala sunt: quam illa quae uicari poterant & caueri. Ex quo fit ut ille solus uir  
 fortis debeat iudicari: qui temperans & moderatus est & iustus. Quod si cogitet aliquis  
 quae sint dei opera: iam haec quae mirantur homines ineptissimi: ridicula iudicabit. Illa enim non  
 diuinis uirtutibus quas ignorat: sed infirmitate suarum uirium metiuntur: nam illud quidem ne  
 mo negauit. Hercule non tantum Euristheo seruisse regi: quod aliquatenus honestum uideri  
 potest: sed impudicam mulierem Omphalem: quae illum uestibus suis indutum sedere ad pedes suos  
 iubebat pensa facientes: detestabilis turpitude: sed tanti erat uoluptas: Quid tu inquiet  
 aliquis: Poetis ne credendum putas: Quid ni putem: Non enim ista Lucilius narrat: aut Lu Lucilius  
 cianus: qui diis & hominibus non pepercit: sed potissimum qui deorum laudes canebant. Er auctor  
 go quibus credemus: si fide laudantibus non habemus: Qui hos metiri putat: proferat alios qui Luciano  
 bus credamus auctores: qui nos doceant qui sunt isti dii: Quomodo: unde orti: Quae auctor  
 sit uis eorum: Qui numerus: Quae partes: Quid in his admirabile: quid cultu dignum: Quid  
 deique certius utriusque misterium: nullus dabit. Credamus igitur istis qui non ut reprehende  
 ret sunt locuti: sed ut predicarent. Nauigauit ergo cum argonautis: expugnauitque Tro  
 iam iratus Laomedonti ob negatam sibi pro filiae salute mercedem. Unde quo tempore fuerit  
 apparet. Idem furore atque insania percitus uxorem suam cum liberis interemit: hunc homi  
 nes deum putant: Sed Philoctetes eius haeres non putauit: qui facem supposuit arfuros:  
 qui artus suos & neruos cremari ac diffuere uidit qui ossa eius ac cineres in Oetheo  
 monte sepeliuit: quo munere sagittas eius accepit.

De Aesculapio. Apolline. Neptunno ac Marte & Castore. Polluce: atque Mercurio.

**A**Esculapius & ipse non sine flagitio Apollinis natus. quid fecit aliud diuinis hono  
 ribus dignum: nisi quod sanauit Hippolitum mortem sane habuit clariorem quia a  
 deo meruit fulminari. Hunc Tarquinius de illustribus uiris differens ait in cer Tarqui  
 tis parietibus natum expositum & a uenatoribus in uentum canino lacte nutritum Chironi tra auctor  
 ditum didicisse medicinam: fuisse autem Messenium: sed Epidauri moratum. Tullius Tullius  
 etiam Cynosurum ait sepultum. Quid Appollo pater eius non ob amorem quo flagrabat appello  
 turpissime gregem pauid alienum: & muros Laomedonti extruxit: cum Neptuno mercede  
 conductus: quae illi negari potuit impune: ab eoque rex perfidus quicquid cum diis pepigisset: di  
 dicit abnegare. Idem formosum puerum: & dum amat uiolauit: & dum ludit occidit. Homicida Mars  
 Mars: & pro gratia & dis crimine ab Atheniensibus liberatus ne uideretur nimis ferus &

DIVINARVM INSTITVTIONVM

Inanis adulteriū cū Venere cōmisit. Castor & pollux dū aliēas spōsas rapiūt: eē gemi-  
 ni deserūt. nā liuore iniuriæ cōcītatus idas alterū gladio trāsuerberauit: & eosdē poe-  
 tæ alternis uiuere: alternis mori narrāt: ut iā sint nō deorū tātū: sed oīum mortaliū mi-  
 ferrimī: quibus semel moti nō licet. Hos tamē Homerus ābos simpliciter (nō ut poe-  
 tæ solēt) mortuos eē testatur. Nā cū faceret i muris assidentē Priamo Helenā cunctos  
 græciæ principes recognoscere: solos āt se fratres suos requirere: subiecit orationi eius  
 hmōi uersum. Hæc ait: ast illos retinebat terra sepultos. Fur ac nebulo Mercurius qd  
 ad famā sui reliquit: nisi memoriā fraudū suarū: Cælo dignus quia palæstram docuit: &  
 lyrā primus inuenit. Liberū patrē i senatu deorū sūmæ auctoritatis primæq; esse sēten-  
 tiæ necesse ē: quia pter iouem solus oīum triūphauit: exercitum duxit. Indos debellauit  
 sed inuictus ille imperator iudicis maximis ob amorem ac libidinem turpissime uictus  
 est. Delatus enim Cretā cū semiuiro comictatu nactus est ipudicā mulierem in littore  
 ac fiducia uictoriæ inclitæ uir esse uoluit: ne nimīū molis eē uidere: atq; illā patris por-  
 ditricē: fratris iterēptricē ab alio relicta: & repudiatam in cōiugium sibi uēdicauit & li-  
 beram fecit: & cū ea pariter ascendit i cælum. Quid omnīū horū pater iuppiter qui in-  
 selēni præcatione optimus maximus noīatur: Nōne a prima sua pueritiā impius ac pep-  
 ne parricida deprehēditur: Cū patrē regno expulit ac fugauit. non expectauit mortem  
 decrepiti senis cupiditate regnandi. Et cū paternū solium per uim per arma cepisset: bel-  
 lo est a Gitanibus persecutus quod humano generi principium fuit malorū: quibus ui-  
 ctis & pace in perpetuū cōparata reliquā sub uitā i stupris adulteriisq; cōsūpsit. Omit-  
 to uirgines quas iminuit: id enī iudicari solet tollerabile. Amphitriōnem ac Tindarum  
 præterire non possum: quorū domos dedecore atq; infamia plenissimas reddidit: illud  
 uero sūmæ impietatis ac sceleris q; regiū puerū rapuit ad stuprū: parū enī uidebatur si  
 in expugnandā scēminarū pudicitia: maculosus ac turpis esset: nisi etiā sexui suo iniuri-  
 am faceret: hoc est uerum adulteriū quod fit cōtra naturam: hæc qui fecit uiderimus  
 an maximus: certe optimus nō ē: quod nomē a corruptoribus: ab adulteris: ab incestis  
 abest: nisi forte nos erramus: homines qui talia facientes sceleratos uocamus ac perdi-  
 tos: omnibusq; pœnis dignissimos iadicamus. Stultus āt. M. Tullius qui. C. Verrī ad-  
 uteria obiecit. Eadē enī iuppiter quē collebat: admisit. Qui. P. Clodio sororis in cæstū.  
 At illi optimo maximo eadem fuit & soror & coniunx.

De ipsius Iouis parentibus & ortu & uita eius flagitiosissima morte & sepultura &  
 opificio poetarum. Cap. xi.



Vis est igitur tam excors qui hūc i cælo regnare putet qui ne in terra quidem  
 debuit: Nō isulse quidam poeta triumphū Cupidinis scripsit quo in libro nō  
 mō potētissimū deorū Cupidinē: sed etiam uictorē facit. Enumeratis enī amo-  
 ribus singulorū quibus in potestatem cupidinis ditionēq; uenissent: instruit pompā in  
 qua iuppiter cum cæteris diis ante currū triumphantis ducitur catenatus. Eleganter id  
 quidem dicitur a poeta figuratū: sed tamē nō multū distat a uero. Qui enim uirtutis ē  
 exps: qui cupiditatibus ac libidinibus malis uicitur: nō cupidini ut ille finxit: sed morti  
 subiectus est sempiternæ. Sed omitamus de moribus dicere. rem consideremus ut in-  
 telligant homines in quibus miseri uersentur erroribus. Regnare in cælo ioue uulgus  
 existimat: id doctis piter & indoctis persuasum ē. Quod & religio ipsa & præcationes  
 & hymni & delubra & simulacra demonstrant. Eundem tamē Saturno & Rheā geni-  
 tum confitentur. Quomodo potest deus uideri: aut (ut ait poeta) hominum rerumq;  
 rector: ante cuius ortum infinita hominum filia fuerunt: Eorum scilicet qui Saturno

Saturnus  
 Rheā

regnante uixerunt: ac priores luce quā iuppiter sunt potiti. Video alium deum regem fuisse primis temporibus: alium consequentibus. Potest ergo fieri: ut alius sit postea futurus. Si. n. regnum prius mutatum est: cur desperemus & posterius posse mutari: nisi forte saturnus generare potuit fortio rem: iuppiter nō potest. A. q. diuinum impium aut semper immutabile est: aut si est mutabile: quod fieri non potest: semper utique mutabile est. Potest. n. iuppiter regnum amittere: sicut & pater eius amisit. Ita plane: nā cum idem neque uirginibus neque maritatis unquam pepercisset. abstinuit se tamen una Thetide. quod responsum fuit maiore patre suo futurum quilibet ex illa natus esset. Et primum in eo prudentia non dei: cui nisi Themis futura dixisset: ipse nesciret. Si autem diuinus non fuit: ne deus quidem fuit unde ipsa diuinitas notatur: ut ab homine humanitas. Deinde conscientia ibecillitatis. qui timuit utique maiore: quod qui facit scit utique profecto non esse se maximum: quoniam quod dem potest aliquid maius existere. Idem per stygiam paludem sanctissime iurat: Vna suspitio. aut a quo reddita est: Ergo aliqua potestas maxima est: quae peierantes deos puniat quae tanta formido est paludis infernae: si sunt immortales: quod metuunt eam quam uisuri non sunt: nisi quos mori necesse est: Quid igitur homines oculos suos in caelum tollunt: quod supos deierant: cum ipsi superi ad inferos deuoluantur: Ibi quoque habeant quod uenerentur & adorent. Illud uero quale esse fata: quibus dii omnes & ipse iuppiter pareat. si parcarum tanta uis est: ut plus possint quam caelestes uniuersi: quaque ipse rector ac deus: cur non ille potius regnare dicatur: quarum legibus a statutis parere omnes deos necessitas cogit: Nunc cui dubium est quod is: qui alicui rei obsequitur: maxime non sit. cum alius sit qui non accipiat fata sed faciat. Nunc ad illud quod omiseram: redeo. In una ira quoque sola fuit continentior: cum eam depiret: & non uirtute aliqua sed metu successoris. Quae fortitudo utique eius est qui sit mortalis & ibecillus: & nihil quippe quod potuit: & tunc cum nasceretur extingui: si ut frater eius ante genitus extinguitus est: qui si uiuere potuisset. nunquam minori concessisset impium. Ipse autem furto seruatus: fur timque nutritus: ξυς siue ξηρ appellatus est: non ut isti putant seruire caelestis ignis: uel quod uitae sit dator: uel quod aiantibus inspiret aiam. quae uirtus solius dei est: quam. n. posset inspirare aiam: qui ipse accepit aliunde: Sed quod primus ex liberis Saturni maribus uixerit. Potuerunt igitur homines alium deum habere rectorem: si saturnus non fuisset ab uxore delusus. At. n. poetae ista finxerunt. Errat quisquis hoc putat: illi. n. de hominibus loqua bantur. sed ut eos ornarent: quorum memoria laudibus celebrabant: deos esse dixerunt. itaque illa potius ficta sunt: quae tanquam de diis. non illa quae tanquam de hominibus locuti sunt. quod clarum fiet exemplo quod inferemus Danaen uiolaturus iuppiter aureos nummos largiter in sinum eius infudit. Haec stupri merces fuit. At poetae qui quasi de deo loquebantur. ne auctoritate creditae maiestatis infingerent. finxerunt ipsum in aureo hymbre delapsam eadem figura qua hymbres ferreos dicunt: cum multitudinem telorum sagittarumque describunt. Rapuisse dicitur in aquila Catamitum poeticus color est: sed aut per religionem rapuit cuius insigne aquila est. aut nauis in qua est impositus tutelam habuit in aquila figuratam: sicut taurum figuratum cum rapuit & transiit Europam: eodem modo conuertisse in bouem traditur Io inachi filiam: quae ut iram lunonis effugeret. ut erat iam setis obsita. iam bos transisse dicitur mare. in Aegyptumque uenisse: atque ibi recepta pristina forma dea facta: quae nunc Isis uocatur. Quo igitur argumento probari potest nec Europam in tauro sedisse. nec Io factam bouem: quod certus dies habetur in fastis: quo Isidis nauigium celebratur. quae res docet non transisse illam. sed nauigasse. Igitur qui sapere sibi uidentur. quia intelligunt uiuum terrenumque corpus

iuppiter  
neque  
pluraEunuchus  
auctorEunuchus  
auctor

DIVINARVM INSTITVTIONVM

Officiū poete

in caelo esse non posse: totam Ganymedeam fabulam pro falso repudiant: non sentiūt i terra: id esse factū: quia res ac libido ipsa terrena est. Non ergo res ipsas gestas finxerūt poeta: qd si facerent essent uanissimi: sed rebus gestis addiderūt: quendā colorē. Nō. n. obtrectātes illa dicebāt: sed ornare cupientes: hinc hoies decipiunt: maxie q; hęc oīa facta esse arbitrātur a poetis: qd colūt: ignorāt: nesciunt: q sit poetica licētia: modus quo usq; p̄gredi fingēdo liceat: cū officiū poetae sit i eo: ut ea quae gesta sūt uere: in aliquas spēs obliqs figuratōibus: cū dedecore aliquo cōuersa traducant. Totū at̄ qd referas fingere. i. ineptū esse & mendacē potiusq; poetam: sed finxerūt ista: quae fabulosa credūtur. Num ēt illa quae de diis foeminis deorumq; connubiis dicta sūt: Cur gītur sic figurantur: sic colūtur. nisi forte non tm̄ poeta: sed p̄ctores ēt fictoresq; imaginū mentiantur. Si. n. hic est iuppiter qui a uobis dicitur deus: si nō is est q; ex Saturno & ope natus est: nō oportuit nisi solius simulacrū in templis oībus collocari. Quid sibi mulierū effigies uolūt: Quid sexus infirmus: in quē si cecidit hic Iuppiter: cū uero ipsi lapides hoīem facebuntur. Mentitos aiūt esse poetas: & his tm̄ credunt: imo uero nō esse mentitos re ipsa pbant. Ita. n. deorū simulacra cōsiugunt: ut ex ipsa diuersitate sexus appeat uera esse quae dicūt poeta. Nam qd aliud argumentū habet imago cantamiti: & effigies aqlae: cū ante pedes iouis ponūtur in templis & cū ipso pariter adorātur: nisi ut nefandi sceleris ac stupri memoria maneat in aeternum. Non igitur a poetis totum fictum est: aliqd fortasse traductum: & obliqua figuratōe obscuratum: quo ueritas inuoluta tegeret: sicut illud de sortitione regnorum. Aiūt enim Ioui caelum obtigisse: Neptuno mare: in neptūnus ferna Plutoni. Cur non terra potius in sortem tertiam uenit: nisi q; in terra gesta res est. Ergo illud in uero est: q; regnum orbis ita partiti sortitiq; sunt: ut orientis imperiū Ioui cederet: Plutoni cur cognomen Agesilao fuit: pars occidentis obtingeret. Eo q; plaga orientis. ex qua lux mortalibus datur: superior: occidentis autem inferior esse uideatur. Sic ueritatem mendacio uelauerunt: ut ueritas ipsa persuasiōem publica: nihil derogaret. De Neptuni sorte manifestum est: cuius regnum tale fuisse dicimus: quale. M. Antonii fuit infinitum illud imperium: cui totius orae maritimae potestatem senatus decreuerat: ut praedones persequeretur: ac mare oē pacaret. Sic Neptuno maritima oīa cum insulis obuenerunt: quomodo id probari potest? Nimirum ueteres historiae docent. Antiquus auctor Eumerus: q; fuit ex ciuitate messana res gestas Iouis ex caeterorum qui dii putantur collegit: historiamq; contexit ex titulis & inscriptionibus sacris quae in antiquissimis templis habebantur: maximeq; in fano iouis. Triphylli: ubi auream columnam positam esse ab ipso ioue titulus indicabat: in qua columna gesta sua perscripsit: ut monumenta essent posteris rerum suarum. Hanc historiam interpretatus est Ennius & lecutus: cuius haec uerba sūt. Ibi iuppiter imperiū neptuno dat maris: ut in suis oībus & quae loca sūt secū mare omnibus regnaret. Vera. sum ergo quae loquūtur poeta: sed obrētū aliquo specieq; uelata. Potest & mōs Olympus figurā poetis dedisse: ut iouē dicerēt caeli regnū esse sortitū: q; Olympus ambiguū nomē est & montis & caeli. In Olympo aut̄ Iouē habitasse docet historia eadē: quae dicit. Eadē tēpestate iuppiter i mōte Olympo maximā partē uitae colebat: & eo ad eū in ius ueniebāt: si quae res in cōtrouersia erāt: itē si quis quid noui inuenerat: quod ad uitā humanā utile esset: eo ueniebat: atq; ioui ostendebat: Multa in hunc modū poetae transferunt: non ut in deos mentiantur: quos colunt: sed ut figuris uersicoloribus uenustatē ac leporē carminibus suis addāt: qui aut̄ nō intelligūt quomō aut quare quidq; figuretur: poetas uelut mēdaces & sacrilegos insequunt: Hoc errore decēpti & philosophi q; ea quae de ioue fuerūt

Iuppiter  
neptūnus  
pluto

Eumerus  
auctor

Ennius  
auctor

minime in deum conuenire uidebantur: duos ioues fecerunt: unū naturalē: alterū fa-  
bulosum. Viderūt ex parte quod erat uerū: eū scilicet de quo poetæ loquūtur: homi-  
nē fuisse. In illo autē naturali Ioue uulgarī cōsuetudinē religionis inducti errauerunt  
q̄ i deum nomē hoīs trāstulerūt. qui (ut supra diximus) q̄a solus ē: non indiget noīe  
Iouem autem illum esse: qui sit ex Ope Saturnoq̄ natus: negari nō pōt. Vana igit̄  
psuasio est eorū: qui nomē iouis summo deo tribuunt: Solent. n. qdā errores suos hac  
excusatiōe defendere: q̄ cōiuncti de uno deo cū id negare nō possūt: ipsū se colere af-  
firmant. Verū hoc sibi placeret: ut iuppiter noīetur: quo qd absurdus: Iuppiter. n. si  
ne contubernio cōiugis filiaq̄ coli nō solet. Vnde qd sit: apparet: nec fas est id nomē  
eo trāsferrī: ubi nec Minerua ē ulla: nec Iuno. Quid q̄ huius nominis proprietates nō  
diuinā uim exprimit: sed humanā? Iouē. n. iunonēq̄ a iuuando esse dictos Cicero in-  
terpretatur. Et iuppiter quasi iuuās pater dī: qd nomen i deū minime cōgruit: quia  
iuuare hoīs est: opis aliquid cōferentis in eū: q̄ sit alienus & exigui beneficii. Nemo sic  
deum precatur: ut se adiuuet: sed ut seruet: ut uitam salutemq̄ tribuat: quod multo  
plus ac maius est q̄ iuuare. Et quoniā de patre loquimur: nullus pater dicitur filios  
iuuare: cū eos generat aut educat. Illud enim leuius est: q̄ ut eo uerbo magnitudo pa-  
terni beneficii exprimat̄: q̄n id magis inconueniens est deo qui uerus est pater: p̄ que  
sumus: & cuius toti sumus: a quo fingimur: animamur: illuminamur. qui nobis ui-  
tam impertit salutē tribuit: uictum multiplicem subministrat: non itelligit beneficia  
diuina: qui se iuuari tantūmodo a deo putat. Ergo nō imperitus modo: sed & impius  
est: qui nomine Iouis uirtutem summā potestatis imminuit. Quare si iouem ex re-  
bus gestis & ex moribus hominem fuisse: in terraq̄ regnasse: deprehendimus. Sup-  
est ut mortem quoque eius inuestigamus. Ennius in sacra historia de scriptis omni-  
bus: q̄ i uita sua gessit: ad ultimū sic ait: Deinde iuppiter postq̄ terras q̄nq̄es circūiit oī  
busq̄ amicis atq̄ cognatis suis imperiū diuisit: reliquitq̄ hominibus leges mores: fru-  
mētāq̄ parauit. multaq̄ alia bona fecit: immortalī gloria memoriaq̄ affectus. semp-  
terna monumēta suis rēliquit: atate pessumata in Creta: uitam commutauit. & ad de-  
os abiit. Eumq̄ Curetes filii sui curauerūt. decoraueruntq̄ eum & sepulchrum eius ē  
in Creta i oppido Gnosō: & dicitur Vesta hanc urbem creauisse. in qua sepulchro eius  
est i scriptum antiquis litteris græcis ξευστρονον: id est latine: Iuppiter Saturni fili-  
us. Hoc certe non poetæ tradunt. sed antiquarū rerum scriptores: quæ a deo uera sunt  
ut ea sibyllinis uersibus confirmentur. qui sunt tales.  
δαμονασ αφυχουσ ηκευον ειδαωακακμον του.  
ωυκρητη και χηματαφουσ ηδησ μονοσ εχει: id est dæmones iaies cadauerū si-  
mulacra mortuorū: quorum sepulchra habet Creta male peritura. Cicero de natura de  
orum cum tres iouis a thelogis nominari diceret: ait tertium fuisse Cretesem Saturni tres dicit  
filium. cuius i illa insula sepulchrum ostenditur. Quomodo igitur potest deus alibi esse fuisse Io-  
se uiuus: alibi mortuus. alibi habere templum. alibi sepulchrum? Sciāt ergo romanica ues-  
pitolium suum: id est summum caput religiōum suarum publicarum nihil esse aliud  
q̄ inane monumentum. Veniamus nunc ad eius patrem: qui ante regnauit: & q̄ for-  
tasse plus habet in se: q̄ ex coitu tantorum elemētōrū genitus esse dicatur. Videam⁹  
quid in eo fuerit deo dignum. In primis illud q̄ aureū sæculum narratur habuisse q̄  
iustitia sub eo fuerit in terra. Teneo aliquis in eo: quod in eius filio non fuit Quid. n.  
tam conueniens deo: q̄ iustum regimē accipiam sæculum? Sed cum eadem ratione na-  
tum esse cognitio: non possum putare deum summū: q̄ uideam esse aliqd̄ antiquius  
b

transferebat  
Iouis in Deo

Ennius  
De mor-  
te Iouis

Cicero  
Cicero  
Cicero  
Cicero  
Cicero

DIVINARVM INSTITVTIONVM

caelum scilicet atque terram. At ego deum quæro: ultra quæ nihil est: oio: qui fons. & origo sit rerum. Hic sit necesse est: quod caelum ipsum condidit: terramque fundauit Saturnus aut si ex his natus est (ut putatur) quæ admodum potest esse deus principalis: qui aliis ortum suum debet. Aut quod præfuit mundo: antequam Saturnus gigneretur. Sed hoc poeticum est (ut dicebat paulo ante) figmentum: nec enim fieri poterat: ut elementa insensibilia: tantoque intervallo separata in unum coirent: ac filium procrearent: aut is qui natus esset: non potissimum genitoribus similis existeret: sed eam formam gereret: quam parentes sui non habebant. Quæram? ergo quod ueritatis sub hac figura lateat. Minutius felix in eo libro: quod cæstius inscribitur sic argumentatur: Saturnum: cum fugatus esset a filiis: Italiaque uenisset: Cæli filium dictumque soleamur eos: quorum uirtutem miremur: aut eos qui repentine aduenerint: de caelo cecidisse: dicere. Terra autem quod ignotis parentibus natos: terræ filios noiemus. Sunt hæc quædam similia ueritatis: non tam uera: quia constat etiam cum regnaret: ita esse habitum. Potuit & sic argumetari. Saturnum cum potentissimum rex esset ad retinendam patrum suorum memoria nomina eorum caelo: terramque indidisse. cum hæc prius aliis uocabulis appellaretur: quæ ratione & montibus & fluminibus noie sunt imposita. Neque enim cum dicunt poetae de progenie Atlantis. aut Inachi fluminis id potissimum dicunt. homines ex rebus sensu carere: potuisse generari: sed eos utique significant: qui nati sunt ex his hominibus qui uel uiui uel mortui: nomina montibus: aut fluminibus indiderunt. Nam id apud ueteres. maximeque grecos usitatum fuit: sic maria eorum traxisse nomen accepimus. qui deciderant in ea: ut Aegæum: Icarium: Hellespontum: & in Latia auentinus uocabulum monti dedit: in quo sepultus est. Tyberinus uel tiberis amni quo uersus est Non ergo mirandum si nomina eorum caelo terramque attributa essent: qui reges genuerant potissimos. Apparet etiam non ex caelo natum esse. quod fieri non potest sed ex eo homine: cui nomen Vrano fuit: quod esse uerum Trismengistus auctor est: qui cum diceret admodum paucos extitisset in quibus esset perfecta doctrina: in his Vranum. Saturnum. Mercurium cognatos suos nominauit. Hæc ille quia ignorauit: alio traduxit historiam. qui quo potuerit argumetari. ostendit. Nunc dicam. quomodo: ubi a quo sit hoc dictum non enim Saturnus hoc: sed iuppiter fecit. in sacra historia sic Ennius tradit. Deinde paneum deducit in mortem qui uocatur caeli stella. Post eo ascendit contemplatus est latum terras: ibique in eo more aram creat caelo. Primumque in ea ara iuppiter sacrificauit. in eo loco suspexit in caelum: quod nunc nos nominamus. idque quod supra mundum erat: quod æther uocabatur. de sui aui nomine caelo nomen indidit. idque iuppiter quod æther uocatur præcans primum caelum nominauit. terramque hostiam quam ibi sacrauit: totam adoleuit. Nec hic tantum sacrificasse iuppiter inuenitur. Cæsar quoque in arato refert Aglaosthenem dicere iouem cum ex insula Naso aduersus Titanas proficisceretur. & sacrificium faceret in litore: aquilam ei in auspiciu aduolasse. quam uictor bono omne acceptam tutelam suam subiugauit. Sacra uero historia & ante cõsedisse illi aquilam in capite: atque illi regnum portendisse testatur. Cui ergo sacrificare potuit iuppiter nisi caelo auo quæ dicit Euhemerus in oceaniam mortuum. & in oppido Aularia sepultum.

**Minuti⁹** Quo stoici figmenta poetarum ad philosophicam transferant rationem. Ca. xii.

**Trimegi-  
stus** Vniam reuelauimus mysteria poetarum. & saturni patres inuenimus ad

**Vranus** quod uirtutes eius & facta redeamus. Iustus in rego fuit primum ex hoc ipso iam de

**Saturnus** us non est. qui fuit. Denique quod ne iustus quidem fuit. sed impius non modo in

**Mercuri-  
us** filios quos necauit uerum et in patrem. cui dicitur abscidisse genitalia. quod forsitan

**Ennius** uere acciderit. Sed homines respectu elementi quod dicitur caelum. totam fabulam

**Paneus**

**Inppiter**

**Cæsar**

**Euheme-  
rus**

**Oceania**

**Alatia**

explodūt tanq̄ septissime fictā quā tamē stoici (ue solent) ad rationē physicā conant  
 traducere: quorū sententiā Cicero de natura deorū differens posuit. Cælestē iquit; al  
 tissimā: æthereāq; naturā: id est igneam quæ p̄ se oīa gigneret uacari uoluerūt ea p  
 te corporis: quæ cōiūctione alterius egeret ad p̄creādū. Quæ rō i Vestā potuit cōue  
 nire si mas diceret. Iccirco. n. uirginē putāt Vestā q̄ ignis iuiolabile sit elemētū: ni  
 hilq; nasciq; possit ex eo: quippe qui oīa quæ corriduerit: absumar. Ouidius in fastis.

Vasta  
 Ouidius  
 de fastis

Nec tu aliud Vestam q̄ uiuā intellige flāmam  
 Nataq; de flāma corpora nulla uides:

Iure igitur uirgo est: quæ semina nulla remittit:

Nec capit: & comites uirginitatis amat. Vulcanēq; id potuit ascirbi: qui quidem pu  
 tatur ignis: & tamen poetæ eū nō absciderunt: Potuerunt & soli: i quo ē natura & cāgi  
 gnētium: nā sine solis igneo calore neq; nasci quicq; neq; augeri pōt: ut nuli elemen  
 to magis opus sit genitalibus: q̄q̄ calori: cuius fœtu cōcipiuntur: nascūt: sustentatur  
 oīa postremo etiam si ita licet (ut uolunt) q̄s mas abscisum esse cælum putet q̄ omni  
 no sine genitalibus natum: Nam si per se gignit: nō indigebat utiq; genitalibus cū sa  
 turnū ipsum procrearet. Si uero habuit: & a filio abscisa sunt: ortus rerū & natura oīs  
 interisset. Quid q; ipsi Saturno nō diuinū modo sensum sed humana quoq; adimunt  
 cū affirmant eē eum saturnū: qui cursum & cōuersionem spaciōrū ac tēporū cōtinet.  
 Eumq; græce id ipsum nomē habere: κρονος enī dicitur quod est idē quod χρονος:  
 id est spaciū tēporis: Saturnus enim est appellatus: q; saturet annis. Hæc Ciceronis  
 uerba sunt exponētis sententiā stoicorū: quæ q̄ uana sit cuius intelligere prōtissimū  
 est. Si enī saturnus cæli est filius quomodo potuit aut tēpus a cælo gigni: aut cælum  
 a tēpore abscidi: aut postea tēpus iperio spoliari a filio Ioue? Aut quomodo iuppiter  
 natus est ex tēpore: aut quibus annis saturari possit æternitas: cui nullus est finis?

Quomodo poetæ & historici euacuāt stoicorū traditionem de Ioue & Saturno &  
 aliis diis. Capi. xiii.

I ergo uanæ sunt istæ rationes philosophorū quid superest nisi ut uere factū  
 eē credamus: id est hominū ab homine abscisum: nisi forte aliqs existet deū  
 fuisse qui timuit cohæredē: cū siquid diuinitatis habuisset: non patris geni  
 talia debuerit amputare sed propria ne Iuppiter nasceretur: qui cū regni possessione  
 priuauit idē sororem suam Rheā: quam latine Opem dicimus: cum haberet uxore:  
 responso ueritus eē dicit mares liberos educare: q; futurū esset ut a filio pelleret: quā  
 rem metuens: natos sibi filios non utiq; deuorabat (ut ferunt fabulæ) sed necabat:  
 quāq; scriptum sit in historia sacra Saturnum & Opem: cæterosq; tunc homines hu  
 manā carnem solitos hesitare. Verū primū Iouem leges hoibus moresq; condentem:  
 edicto phibuisse ne liceret eo cibo uesci: qd si uerum est: quæ pōt in eo fuisse iustitia?  
 Sed fictum sane pūtemus saturnū filios deuorasse mō cū aliq; ratione: Nūc iccirco q;  
 ait uulgus: comedis filios suos eum qui extulerit: sepulturaq; mandauerit. Ops aut  
 cū Iouē peperisset: subtraxit infantem: eumq; nutriendū furtim misit in Cretā. Rursū  
 iprudentiā reprehendēdam necesse est. Cur. n. responsum ab alio accepit potius? Cur  
 i cælo constitutus in terra nō uidebat? Cur eū corybātes cymbalis fefellerunt? Postre  
 mo cur extitit aliqua uis potentior aut maior quæ illius uinceret potestātē? Nimirū  
 senex a iuene facile uictus est ac spoliatus impio. Fugit igit; expulsus: & in Italiā na  
 uigio uenit: cum errasset diu sicut Ouidius in fastorū libris refret.

Ops ma  
 terria io  
 uis ait

Causa ratis superest tuscum raris uenit ad amnem

DIVINARVM INSTITVTIONVM

- Ianus** Ante pererrato falcifer orbe deus. Hunc errantē atq; inopē Ianus excipit: cuius rei argumenta sunt nummi ueteres: in quibus est cum duplici fronte ianus: & i altera parte nauis: sicut idem poeta subiecit:  
 At bona posteritas puppim formauit in ære:  
 Hospitis aduentū restificata dei. Omnes ergo nō tantū poetæ: sed historiarū quoq; ac rerū antiquatū scriptores: hoiem fuisse cōsentit: q; res eius in italia gestas memoria prodiderūt. Græci diodorus & Tallus. Latini Nepos & cassius & Varro: Nā cū
- Diodorus** agresti quodam more in italia uiueretur:
- Tallus** Is genus indocile ac dispersum montibus altis
- Cassius** Composuit. legesq; dedit: Latinumq; uocari:
- Varro** Maluit: hic quoniam tutus latuisset in oris. Censet ne aliquis deū esset: q; pulsus est: q; fugit: qui latuit: Nemo tā stultus ē: q; n. fugit aut latet: & uim & mortem timeat necesse est. Orpheus qui temporibus eius recentior fuit: aperte saturnū in terra & apud homines regnasse commemorat.
- Orpheus** πρῶτος τὸς μετ' ἀναξέης πικθονίω κρόνος ἀγγρῶν  
 ἐκ δ' ἐκρόνοιο γενετ' αὐτὸς ἀνοξ' μέγας εὐστυπ' ἀξέως. i. primus quidē regnauit te-  
 restribus saturnus uiris: Ex saturno autē genitus ē rex magnus: & late iuppiter sonās.
- Maro** Item maro noster:  
 Aureus hanc uitam in terris saturnus agebat. Et alio loco:  
 Aureaq; (ut perhibent) illo sub rege fuere  
 Sæcula. sic placida populos: i pace regebat. Neq; supius dixit i cælo regisse uitā: neq; inferi supos i pace rexisse. Vnd' appet illū regē fuisse terrenū qd alibi apt' declarat  
 Aurea condet Sæcula: quæ rursus latio regnata per arua
- Ennius** Saturno quondam. Ennius qdē i Euhemero nō primū dicit regnasse saturnum: sed Uranū p̄rem. Initio inq; primus i terris ipium summū cælum hūit. is id regnū una cū fratribus suis instituit atq; parauit. Nō magna dissensio: siquidē maximorū auctorū de filio p̄reque dubitatio ē: sed tñ utrūq; fieri pōt: ut & primus Uranus eminere i rer cæteros potentia cœpit. & p̄cipatū h̄re nō regnū: postea saturnus maiores sibi opes cūparauerit: ac regiū nomē asciuerit. Quid idē Ennius docet i sacra hi. Cap xiiii.  
 Vnc quoniā ab his quæ retulimus on̄dim' q̄tū sacra historia dissentit: ap-  
 periamus ea quæ ueris lris cōtinēt: ne poerarū septias i accusādis religioni-  
 bus seq; ac pbare uideamur hæc. n. uera sunt. Exui saturnus uxorem duxit  
 opē Titan qui naior natu erat: postulat ut ipse regnaret: ubi Vesta mater eorū & sorores ceres atq; Ops suadet saturno: ut de regno nō cōcedat fratri. Ibi tiran: q; facie deterior eēt: q; saturnus iccū co & q; uidebat matrē atq; sorores opam dare: ut saturnus regnaret cōcessit ei ut is regnaret. Itaq; pactus ē cū Saturno uti siqd liberorū uiril'is sexus ei natū eēt neqd educaret id eius rei causa fecit ut i ad suos gnatos regnū rediret. Tū Saturno filium qui primus natus est eum necauerūt. Deide posterius nati sunt gemini Iuppiter atq; Iuno. Tū iunonē Saturno i cōspectum dedere atq; iouem clam abscondūt, dātq; eū Vestæ educādū cælantes Saturnū: Itē nep: unū clam Saturno Ops parit: eūq; clanculum abscondit ad eundē modū: Tertio partu Ops parit geminos Plutonē & Glaucam. Pluto latine ē diespiter alli Orcū dicūt ibi Glaucam filiam saturno ostendunt: ac filium Platonem cælant atq; abscondunt. Deinde Glauca parua emoritur. Hæc (uti scripta sunt) iouis fratrumq; eius stirpis aut cognatio in hunc modum nobis ex sacra scriptione traditum ē. Item paulo post hæc refert. Deide
- Titan**
- Iuppiter**
- Iuno**
- Pluto**
- Diespit'**  
 siue orco
- Glauca**

titā postq̄ rescīuit Saturno filios p̄creatos atq; educatos eē: clā seducit secū filios su-  
os q̄ titani uocant: fratresq; suū Saturnū atq; Opē cōprehēdit. eosq; muro circūāgit:  
& custodiā his apposuit: Hæc historia q̄ æra sit: docet Sybilla Erythea eadē fere di-  
cens nisi q̄ i paucis quæ ad rē non p̄tinet: discerpat. Iuppiter ergo liberat̄ summi scele-  
ris crimine: q̄ p̄rem uinxisse copedibus. phibet̄. Id. n. titan patruus fecit: q̄ ille cōtra-  
actionē iusq; iurādū mares liberos sustulisset. R. eliq̄ historia sic cōtexit: Iouē adultū  
cū audiuisset p̄rem atq; m̄rem custodiis circūseptos atq; i uīcula cōiectos: uenisse cū  
magna cretensiuū multitudine: titanūq; ac filios eius pugnādo uicisse: parētes uiculis  
ex emisse: patri regnū reddidisse: atq; ita i cretā remeasse. Post hæc in deinde Saturno  
datā fortē ut caueret ne filius eū regno expelleret. Illū eleuāde fortis atq; effugiēdi p̄i-  
culi grā ifidiatū ioui: ut eū necaret. Iouē cognitis ifidiis regnū sibi denuo uendicasse.  
ac fugisse saturnū: q̄ cū iactatus eēt p̄ oēs terras p̄sequētibus armatis: quos adeū cō-  
prehendendū uel necādū iuppiter miserat: uixi ita ia locū in quo lateret: inuenit.

Qua ratione homines dii cœperint nominari.

Cap. xv.

Vibus ex rebus cū cōstet illos hoies fuisse: non tamē est obscurū qua rōne  
q̄ dii cœperint nominari. Si. n. nulli reges ante Saturnū nel uranū fuerūt p̄pter  
hoiū raritatē: q̄ agrestē uita sine ullo rectore uiuebāt: nō ē dubiū: qu illis  
tēporibus hoies regē ip̄m totāq; gentē sūmis laudibus ac nouis honorib; iactare cœ-  
perit: ut et deos appellaret: siue ob miraculū uirtutis fieri: hoc uer̄ putāt rudes ad huc  
& simplices: siue ut fieri solet i adulationē præsētis potentia: siue ob beneficia q̄bus  
erāt ad humanitatē cōpositi. Deinde ipsi reges cū cari fuissent his: quorū uitā cōposu-  
reant: magnū sui desiderū mortui reliquerunt. Itaq; homines eorū simulacra sinxe-  
runt ut hērent aliqd̄ ex imaginū cōtēplatione solatiū. Progressiq; longius per amo-  
rē: memoriā defūctorū colere cœperunt: ut & gratiā referre benemeritis uideret̄ &  
successores eorū allicerent ad bene impandi cupiditatē: Quod Cicero de natura deo-  
rorū docet dicēs: Suscepit autē uita hominū consuetudo cōmunis: ut beneficiis excellē-  
tes uiros i cælū fama ac uoluntate tollerent. Hinc Hercules: hinc Castor: hinc Polux.  
hinc Aesculapius: hinc Liber. Et alio loco atq; alio & i plar̄isq; ciuitatibus itelligi pōt  
acuendā uirtutis gratia: ant quo libentius rei publicæ cā periculū adiret optimus q̄-  
q; uirosū fortium memoriā honore deorū imortaliū consecratā: Hac scilicet ratione  
Romani Cæsares suos consecrauerūt: & Mauri reges suos. Sic paulatim religiones  
eē cœpere: dū illi primū q̄ eos nouerant: eo ritu suos liberos ac nepotes deinde oēs po-  
steros ibuerunt. Et hi tamen summi reges ob celebritatē nominis i prouinciis omni-  
bus colebantur. Priuati uero singuli populi gentis aut urbis cōditores: seu uiri fortitu-  
dine insignes erant: seu sceminæ castitate mirabiles summa ueneratione coluerūt: ut  
Aegyptus Isidem: Mauri Iubam: Macedones Gabyrum: Pœni Vranū: Latini Fau-  
num: Sabini tantū: Romani Quirinū: Eodē utiq; modo Athenæ Mineruā: Samos  
Iunonem: Paphos Venerem: Lemnos Vulcanū: Nasos liberum: Appollinem Del-  
phos. Sic per populos atq; regionē uaria sacra suscepta sunt: dum grati hoies eē i su-  
os principes cupiunt. Et quos alios honores uita carentibus deserant: iuenire nō pos-  
sunt. Præterea pietas eorum qui successerāt: plurimum cōtulit ad errorē: qui (ut diui-  
uina stirpe nati uiderent̄) diuinos honores parentibus detulerunt: deferriq; iusserunt  
An potest aliquis dubitare quomodo religiones deorū sint istitutæ: cum apud Maro  
nem legat Aeneæ uerba lociis imperantis:  
Nunc pateras libate ioui: precibusq; uocate

Cicero  
unde ho-  
mies sint  
dii appel-  
lati  
Hercules  
Castor  
Pollux  
Aesculapi-  
us  
Liber

DIVINARVM INSTITVTIONVM

Anchisen genitorem. Cui nō tātū immortalitātē: uerū etiam uētorū tribuit potestātē: Poscamus uentos: atq; hęc mea sacra quot annis

Liber  
Pan  
Mercuri  
us  
Mollo.

Urbe uelit posita templis sibi ferre dicatis. Idē scilicet de Ioue Liber & Pan: & Mercurius & Apollo fecerunt ac postea de his ipsi successores eorū. Afferunt etiā poētæ & cōpositis ad uoluptatē carminibus i cælum eos sustulerunt: sicut faciūt qui apud reges etiam malos panægerycis mendacibus adulant: quod malū a græcis ortū est: quorū leuitas instructa dicēdi facultate & copia incredibile est quātas mendaciorum nebulas excitauerit. Itaq; admirati eos & susceperunt primi sacra illorum: & uniuersis gentibus tradiderunt. Ob hanc uanitatē Sibylla sic eos increpat.

ΕΛΛΑΣ ΔΗΤΙ ΕΠΟΙΤΑΣ ΕΠΑΥΔΡΑΣ ΗΥΕΜΟΗΟΣ  
ΠΡΟΣ ΤΙΔΕ ΔΩΡΑ ΜΑΤΑΙΑ ΚΑΤΑΦΘΙΜΟΙΣ ΑΝΑΤΙΘΗΣ  
ΘΥΕΙΣ ΕΙΔΟΛΙΣ ΤΙΩΟΙ ΕΝ ΝΩ ΠΛΑΝΗΝ ΕΦΑΛΕΝ

M.T.C.

ωσ τεσ εταδε μοιειν μεγπλουθεοιο προσοπουαπο λελειμ μενον: idest Græcia qd confidis in uiros principes: ad qd dona inania mortuis ponis: immolas idolis qs tibi in mentem errorem impoluit: ut hęc pficias magni dei ore relicto. M. Tullius q non tantum pfectus orator: sed philosophus fuit. Siquidem solus exciit Platonis imitator in eo libro quo seipsum de morte filix consolatus est: nō dubitauit diceē deos publice colerentur homines fuisse. Quod ipsius testimonium eo debet grauissimum iudicari q; & augurale habuit sacerdotium & eosdem se colere uenerarique testatur. Itaq; intra paucos uersiculos duas res nobis dedit. Nam dum imaginem filix eodem se modo consecraturū esse profiteretur quo illi a ueteribus sunt consecrati & illos mortuos esse docuit & originem uanæ superstitionis ostendit. Cum uero inquit & mares & fœminas complures ex hominibus in deorum numero esse uideamus & in eorum urbibus atq; agris augustissima delubra ueneremur assentiam eorū sapientix. quorū ingenii & inuentis oēm uitam legibus & institutis excultam constitutamq; hēmus. Quod si uillum nōq; animal consecrandum fuit illud pfecto fuit si Cadmi aut Amphitritonis pgenies aut Tyndari cælum tollenda fama fuit huic idē honos certe dicandus est quod quidem faciam. Teq; omnium optimā doctissimamq; approbantibus diis immortalibus ipsis i eorum cœtu locatam ad opinionem omnium mortalium consecrabo. Fortasse dicat aliquis pro nimio luctu delirasse Ciceronem. Atq; omnis illa oratio & doctrina: & exemplis & ipso loquendi genere perfecta non ægri sed cōstantis animi ac iudiciū fuit. Et hęc ipsa sententia nullū pfert iudiciū doloris Neq; enim puto illum tam uarietate tam copiose: tam ornate scribere potuisse: nisi luctum eius & ratio ipsa: & consolatio amicorum: & tēporis longitudo mitigasset. Quid qdem dicit in libris de republica: idem de gloria: Nam de legibus quo i opere Platonem secutus est leges uoluit ponere: quibus putaret usuram esse iustā: & sapientē ciuitatem. que hret de religione ita sanxit: Diuos & eosq; cælestes habitu sunt: colunto. Et illos quos in cælum merita locauerunt. Herculem: Liberū: Aesculapiū: Pollucem. Castorē. Quir inū. Itē i Tusculanis cum diceret totum pene cælū humano genere cōpletū. Si uiro inqt scutari uetera & ex illis ea quæ sriptores Græcia pderūt eruere conar ipsi illi maiorum gentiū diūq; habent: hinc a nobis pfecti in cælum reperientur. Quare quorum demonstrantur sepulchra in Græcia: reminiscere quoniam es initiatus quæ tradūt mysteriis Tū deniq; q hoc late pateat intelliges. Testatus ē uidelicet Attici conscientia ex ipsis mysteriis itelligi posse q; cōmnes illi homines fuerunt qui coluntur. & de Hercule Libero Aesculapio Castore Polluce icōtan-

Cadmus  
Amphri  
on  
Tynda  
rus

## LIBER PRIMVS

ter fatentur. De Apolline ac Ioue patribus eorū: item de Neptuno: Vulcano: Matre: Mercurio quos maiorū gentiū deos appellauit: timuit aperte cōfiteri. Et iccirco ait late hoc patere ut idē & Ioue: ceterisq; antiquioribus diis intelligamus: quorū memoriā si eadē ratione ueteres cōsecrauerūt: qua se imaginē nomēq; filiaē consecraturū eē dicit ignosci marentibus pōt: credētibus nō pōt. Quis. n. tā demēs: q; cōsensu & placito innumerabiliū stultorū: aperiri cælū mortuis arbitret: aut aliquē: qd̄ ipse nō habeat dare alteri posse? Apud Romanos deus Iulius: q; hoc scelerato homini placuit Antonio: deus quirinus: q; hoc pastoribus uisum est: cū alter germani fratris extiterit: alter patriā paricida: qd̄ si cōsul nō fuisset Antonius. C. Cæsar p̄ suis i rempublicā meritis: & defuncti hominis honore caruisset. Et quidē cōsilio Pisonis focerit: & L. Cæsar norum ris pp̄inqui. q; uetabāt funus fieri. Et Dolobellæ consulis: qui columnā in foro: id est Antonius titulū eius euertit: ac forum expiauit. Nam Romulū desiderio suis fuisse declarat En C Cæsar nius: apud quē populus amissum regē dolens hæc loquitur: Pifo

O Romule Romule dic

Qualem te patriæ custodem dii genuerunt:

Tu produxisti nos intra luminis oras.

Opatero genitor patriæ: o sanguine dii oriendū. Ob hoc desiderū facilius creditū est Iulio p̄culo mētiēti: q; subornatus a patribus ē: ut nūciaret plebi suæ uidiſſe se regem humano habitu augustiorē: eumq; mādasse ad populū: ut sibi delubrū fieret: se deū esse & quirinum uocari. Quo facto & ipsi populo persuasit Romulum ad deo abiisse & senatum suspitione cædis regiæ liberauit.

Qua ratione dii esse nō possunt: quos secus discernit. Et q; i naturam dei nō accidit aut sexus: aut coitus aut officium generandi:

Oteram his quæ rettuli esse contentus: sed sup̄ sunt adhuc multa suscepto opi necessaria. Nā quīs ipso religionū capite destructo uniuersa sustulerit: libet tamē p̄sequi cætera: & redarguere plenius inueteratā p̄suasione: ut tan dē hoies pudeat suorū ac pœniteat errorū. Magnū hoc opus & hoie dignū. Religio- nū aios nobis exoluere p̄go (ut ait Lucreti<sup>9</sup> q; qd̄ hoc efficere nō poterat: q; nihil ue ri afferebat. Nostrū ē hoc officiū: q; & uerū deū asserimus: & falsos refutamus. Illi er go q; poetas finxisse de diis fabulas opinā: & deas scēminas eē credūt: & colūt: reuol uunt imprudētes ad id qd̄ negauerāt: coire illos ac parere. Nec. n. fieri pōt: qui duo se- xus generādi cā sint instituti. Recapta uero sexuū aduersitate: nō intelligūt cōsequēs eē: ut cōcipiāt: qd̄ in deū cadere nō pōt: sed ut isti putant: nā & Iouis eē filios dicūt & ceterorū deorū. Nascunt ergo & quotidie qd̄ dii noui: nec. n. uicūt ab hoibus scēcū ditate. Igitur deorum innumerabilē plena sunt oīa nullo scilicet moriente. Nā cum ho minū uix incredibilis numerus sit inextimabilis: que quos tamen secuti nascuntur: mo ri necesse ē: qd̄ deorū eē tandē putemus: q; tot sæculis nati sunt: imortalesq; māserūt: Cur ergo tam pauci colunt: nisi forte arbitramur nō generādi cā sed tantūmodo ca piendæ uoluptatis duos esse sexus deorū: & ea exercere quæ homūculos & facere & pati pūdet. Cum uero dicāt aliq; ex aliq; bus nati: consequens est ut semp nascant: siq; dem aliquando sunt nati: uel si aliquando nasci desierunt: scire nos conuenit cur aut quando desierint. Nō illepide Seneca i libris moralis philosophiæ. Quid ergo est in- q; q; re apud poetas fallacissimus Iuppiter desierit liberos tollere. Vtrū sexagenarius factus ē: q; illi lex Pappia fabulā iposuit: an ipetrauit ius triū liberorū: An tādē illi ue nit in mētē: ab alio expectes: alteri quod fecerit. Et timet nequis sibi faciat: quod ipse

b iiii

Iulius de  
us roma-  
norum  
Antonius  
C Cæsar  
Piso  
L Cæsar  
Dolobel  
la

Lucreti<sup>9</sup>

Seneca

DIVINARVM INSTITVTIONVM

Saturno: Attstī q̄ deos: afferunt: uideant quō respondeant huic argumento: qđ ifere-  
 Probatio mus. Si duo sunt sexus deorū: sequit̄ cōcubitus. Si coeūt. & domos habeāt necesse ē.  
 ex cōcubi Nec. n. carēt uirtute ac pudore: ut hoc p̄miscue aut i p̄patulo faciāt: sicut multa ui-  
 tu deū nō demus facere animalia. Si domos habent: cōsequens est ut & urbes habeant: & qđ  
 posse ge- auctore. Nasone: qui ait  
 nerari Plebs habitat diuersa locis: hac fronte potentes

Cælicolæ clariq; suos posuere penates. Si habent urbes: & agros igit̄ habebūt. Iā  
 q̄s nō uidet quæ sequant̄: arare illos & colere: qđ qđ uictus cā sit: ergo mortales sūt:  
 quod argumētū retrouersū idē ualet. Si. n. agros nō habent: ne urbes qđē. Si urbes nō  
 habēt. ne domos quidē. Si domibus carent: ergo & cōcubitu. Si cōcubitus ab his ab  
 est: & sexus scemineus. In diis aut̄ uidemus & sceminas eē: ergo dii nō sunt. Dissolu-  
 at hoc argumētum siq; s̄ pōt. Ita. n. res rē seq̄t̄ ut hæc ultima necesse sit confiteri. Sed  
 ne qđē illud dissoluet aliq;: ex duob; sexibus alter fortior ē: alter ifirmior. Robustio  
 res. n. mares sūt: scemix̄ ibeciliores Imbecillitas at̄ nō cadit i deū: ergo nec scemineus  
 sexus. Huic addit̄ superioris argumētī cōclusio: ut dii nō sint: quoniā i diis & scemix̄ sunt.

Quod stoici fidem historiarum & poetarū signenta inani physica ratione peruer-  
 tunt: & quæ miserix̄ & turpitudines dediis referant̄. Cap. xvii.

o B has rationes stoici alio uersus deos interpretant̄. Et q̄a non p̄uident quid  
 sit i uero: conant̄ eos cū rerū naturalīū rōe coniūgere: quos Cice. secatus de  
 diis ac religionis eorum hāc sententiā tulit. Videtis ne igit̄ ut a physicis re-  
 bus bene atq; utiliter iuuetibus tractat ratio ad comentitios ac fictos deos: quæ res  
 genuit falsas opiniōesq; erroresq; turbulētos: supstitiōes pene aniles: & formæ. n. de  
 orū nobis & atates & uestitus ornatuq; nō sunt. Genera p̄terea: cōiugia cognatiōes  
 oēs: oiaq; traducta ad similitudinē ibecillitatis humanæ. Quid planius: qđ uerius di  
 ci pōt: Romanæ philosophix̄ p̄iceps: & amplissimo sacerdotio p̄dit̄ comēticiōs a fi  
 ctos deos redarguit: quorū cultus supstitiōes pene aniles eē testat̄ falsis opinionib;  
 erroribusq; turbulētis iplicatos eē hoīes querit̄. Nā totus liber tertius de natura de  
 orū oēs fundit̄ religiōes euertit ac delet. Quid ergo a nobis expectat̄ amplius? Nū  
 eloquētia supare possumus Ciceronē: minime id qđē: sed fiducia illi de fuit ignorati  
 ueritatē: qđ ipse simpliciter in eodē ope confiteat̄. Ait. n. facilius se posse dicere qđ non  
 sit qđ sit: hoc est falsa se intelligere: uerane scire. Clarū ē igit̄ homines fuisse illos: qui  
 dii putātur. Et eorū memoriā post mortē cōsecratā: eē ideo et̄ atates diuersæ sunt. Et  
 certe iagines: singulorū q; i eo habitu & atate singulorū simulacra cōfigurata sūt: in q̄  
 quēq; mors deprehēdit: cōsideremus (si placet) erūnas ifælitū deorū. Isis filiū pdidit:  
 Ceres filiam expulsam: & p̄ orbē terræ iactatā: Latona uix ifulam paruā: i q̄ pareret i  
 uenit. Deū mater & amauit formosum adolescētē: & eundē eū pellice deprehensum  
 exsectis uirilibus semiuirū reddidit. Et nūc a gallis sacerdotibus sacra eius celebrat̄.  
 Varro Iuno pellices acerrime p̄secuta ē: q̄a parere ipsa nō potuit ex fratre. Insulā Samū scri-  
 bit Varro prius pattheniā noiātā q; ibi Iuno adoleuerit ibiq; etiam ioui nūpsit. Itaq;  
 nobilissimū & antiquissimū templū eius ē Sami & simulacrū i habitu nubētis figu-  
 ratum: & sacra eius anniuersaria nuptiarū ritu celebrant̄. Si ergo adoleuit: si fuit uir-  
 go primo postea mulier hoīem fuisse qui nō itelligit: pecudem se fateat̄. Quid loquar  
 Venus obscenitatē Venæris oibus p̄stitutā libidinibus: nō deorū tantū sed & hoīum. Hæc  
 .n. ex famoso Martius stupro genuit Harmoniā. ex Mercurio Hermaphoditū: qui ē  
 natus Androgynus. Ex Ioue Cupidinē. Ex anchisa Aeneā: & ex Bute Erycem. Ex Ado

Isis  
 Ceres  
 Latona

Varro

Venus

## LIBER PRIMVS

ne quidē nullū potuit. qui ē tū puer ab apro ictus occisus ē: q̄ prima (ut i historia sacra continet) artē meretriciā instituit: auctorq; mulieribus i Cypro fuit: uti uulgo corporū quæstum faceret. Quod iccirco iperavit: ne sola præter alias mulieres ipudica & uirorū appetens uideret. Etia ne habet hæc aliquid numinis: cuius plura numerantur adulteriatq; partus. Sed ne illæ quidē uirgines illibatā castitatē seruare potuerūt. Vnde. n. putemus Erichthoniū eē natū. An ex Terra (ut poetæ uideri uolūt) (At res ipse clamat. Nā cū Vulcanus diis arma fecisset: eiq; Iuppiter optionē dedisset p̄mū (q̄d uellet) postulandū: iurassetq; (ut solebat) p̄ femā paludē se nihil negaturum: tū faber claudus Mineruæ nuptias postulauit. Hic iuppiter optius maximus tanta religione cōstrictus: abnuere nō potuit: Mineruā tamē monuit repugnare pudicitiaq; defende Minerua re. Tū i illa colluctatione Vulcanū in terrā pfudisse aiunt: semen unde sit Erichtho- Erichtho- nius natus. Idq; illi nomē ipositū: ἀποτῆσ ἐρίδος καὶ χθονος: idest ex certamine nius atq; humo. Cur igit uirgo eū puerū cū dracone conclusū & obsignatū tribus uirginibus Cecropidis commendauit euidēs ( ut opinor) incæstū: quod nullo mō possit colorari. Altera cū pene amatorem suū pdidisset: qui erat turbatis distractus equis: p̄stā tissimum medicum Aesculapiū curando iuueni aduocauit: eumq; sanatum Secretis alma recondit.

Sedibus: & nymphæ agerix: nemoriq; relegat

Solus ubi in siluis italis ignobilis æuum

Exigeret: uerfoq; ibi nomine uirbius esset. Quid sibi uult hæc tam diligens: tā sollicita curatio: quid secretæ sedes: quid relegatio uel tam longe: uel ad mulierē: uel i solitudinē: quid deinde nois cōmutatio: Postremo quide quorū tā p̄tinax abominatio: Quid significāt hæc oia: nisi cōscientiā stupri: aut amorē minime uirginale. Erat plane cur. tantū laborē p̄tā fideli iuuenē suscipet: q̄ amātinoueræ obsequiū p̄negaret

Quomodo refellant hi qui deos eē factos ex hoibus mentiant. Cap. xviii.

Oc in loco refellendi sunt et hi: q̄ deos ex hoibus esse factos nō tatū fatent

h sed ut eos laudent: etiā gloriantur: aut uirtutis gratia: ut Hercule: aut munerū ut Cererē ac Liberum: aut artium reparaū: ut Aesculapiū uel Mineruā

Hæc uero q̄ ipta sint: quāq; nō digna: pp̄ quæ hoies iexpiable se scelere cōtaminēt: hostesq; deo uero fiant: quo cōrepto mortuorū sacrā suscipiūt: ex singulis rebus ostēdā: uirtutē eē dicūt: quæ hoiem tollat i cælum: nō illā de qua philosophi dixerūt: q̄ posita ē i bonis aī: sed hanc corporalem quæ dicitur fortitudo: quæ quoniā p̄cipua in Hercule fuit: immortalitatem meruisse credit. Quis tam stulte ineptus est: ut corporis uires diuinum uel etiā humanū bonū iudicet: cum sint & maiores pecudibus attributæ & uno morbo sæpe frangant: uel ipsa senectute minuant & corruant. Itaq; idē ille cū deformari ulceribus toros suos cerneret: nec sanari se uoluit: nec senem fieri nequādo seipso minor aut deformior uideret. Hūc ergo qui uiuum seipsum combusserat: ascēdisse in cælum putauerūt eaq; ipse quæ stultissime admirati sūt simulacris & imaginibus exp̄ssa & cōsecrata prosperunt ut in p̄petuum uanitatis eorū monumenta p̄staret qui ob necem bestiarum deos fieri credidissent. Sed hæc græcorū fortasse culpa sit: q̄ res leuissimas pro maximis semp hūerunt. Quid nostri num sapientiores: qui athlætica q̄dē uirtutē cōtēnunt: q̄ nihil obest: sed regia (q̄ late solet nocere) sic admirant: ut fortes & bellicosos duces in deorū cœtū locari arbitret. Nee eē ullā aliā ad immortalitatem uia: q̄ exercitus ducere: aliena uastare urbes delere oppida excidere liberos populos aut trucidā aut subiicere seruituti: uidelicet quo plures hoies afflixerit spo

DIVINARVM INSTITVTIONVM

liauerit: occiderit: eo se nobiliores & clariores putat. & ianis glorię specie capti sceleribus suis nomen uirtutis iponit. Iam malle ut & ferrarum cœdibus deos sibi fingeret: quod in mortalitate tam cruentam pbareret. Si quis unum hominem iugulauerit: per contaminato ac nefario habet: nec ad terrenum hoc domicilium deorum admitti eum fas putat. Ille autem qui infinita hominum milia trucidauerit. cruore capos iundauerit: flumina infecerit: non modo in templum: sed et in caelum admittit: apud Ennium sic loquitur Africanius: Si faciendo plagas caelestia scandere cuique fas est: mihi soli caeli maxima porta patet. Sicut quia magna parte generis humani extinxit ac perdidit. O quis in tenebris Africane uersatus es: uel potius o poeta qui per caedes & sanguinem patere hominibus in caelum ascensum putaueris. Cui uanitati & Ciceroni assentit. Est uero inquit Africane: nam & Herculi eadem uia ista patuit: tamquam ipse plane cum id fieret: ianitor fuerit in caelo. Equidem statuere non possum: dolendum ne potius an ridendum putem cum uideam & graues & doctos & (ut sibi uidentur) sapientes uiros: in tam miserandis errorum fluctibus uolutari. Si haec est uirtus quae nos immortales facit: mori equidem mali: quam exitio esse plurimis. Si alter parari immortalitas non potest nisi per sanguinem: quod fiet si omnes in concordiam consenserit: Quod certe fieri poterit si pernitioso & impio furore periclitato innocentes esse ac iusti uelint. Num igitur nemo erit caelo dignus: num peribit uirtus: quia hominibus in homines seruire non dabitur. Sed isti qui euerfiones urbium populorumque summam gloriam computant ocium publicum non ferent: rapiet: seruiet & iniuriis insolenter illatis humanae societatis foedus irumpent: ut hinc hostes possint: quem sceleratius deleant quam lacefferint. Nunc ad reliqua pergamus. Nomen deorum Cereri ac Libero traditio muerum fecit. Possum diuinis docere litteris uinum atque fruges ante progeniem caeli atque Saturni fuisse in usum hominum sed ab his sane iuentae esse singam? Num potest plus aut minus uideri coill egisse fruges hisque fractis panem facere docuisse aut uuas de uitibus lectas expressisse uinumque fecisse quam fruges ipsas aut uites generasse aut protulisse de terra. Reliquit haec sane deus humanas ingenis eruenda: tamen fieri non potest quoniam ipsius sint omnia quae tribuit sapientiam homini: ut inueniret: & ipsa illa quae possent inueniri: primus inuenit. Artes quoque suis inuentoribus immortalitatem peripisse dicunt: ut Aesculapio medicina: Vulcano fabrica. Colamus igitur & illos: qui fulgonicam: sutrinamque docuerunt. Cur autem sigillatim reperi honor non habet? An quia isti diuites uasa famam contemunt: Sunt & aliae artes: quarum retores humanae uirae plurimum profuerunt. Cur non etiam illis attributa sunt templa: sed nimirum. Minerua est quae omnes reperit. Ideoque illi opifices supplicat. Ergo ab his sordibus Minerua ascendit in caelum. Est uero causa cur quisque delinquant eum: qui terram cum animantibus: caelum cum astris & luminibus exorsus est: ut eam ueneret: quae telam docuit ordiri: Quis ille qui uulnera in corpibus sanare docuit: Num potest esse prestantior: quam qui corpora ipsa formauit: sentiedi ac uideendi rationem dedit: Herbas denique ipsas & caetera: quibus medendi ars constat: excogitauit ac protulit.

Quare  
hoies sunt  
dii appel  
lati

Aescula  
pius me  
dicina in  
uentor  
Vulcanus  
fabri  
Artis  
reptor

Quod deos uanos & deum uerum nemo simul potest colere. Capi. xix.

Tenim dicit aliquis & huic somno qui fecit omnia: & illis qui partim profuerunt: suam uenerationem esse tribuendam. Primum nec factum est unquam: ut qui hos colit: etiam deum coluerit: neque fieri potest: quoniam si honor idem tribuitur aliis: ipse omnino non colit cuius religio est illum esse unum ac solum deum credere. Clamat summus poeta eos omnes qui inuentas (uita excoluere) per artes: apud inferos esse ipsumque illum medicinae repertorem talis & artis ad stygias nudas fulmine esse detrusum: ut intelligamus quantum ualeat pater omnipotens qui & deos fulminibus extinguit sed homines ingeniose hanc secum habebant fortasse rationem quia deus fulminari non potest: apparet non esse factum: immo uero quia factum est apparet homi

nē fuisse nō deū. Mendatiū .n. poetarū nō ifacto ē: sed i noie. Metuebant.n. malum si cōtra publicā p̄suasione faterent qd̄ erat uerū. Qd̄ si hoc cōstat iter ipsos ex hoibus deos factos: cur ergo nō credūt poetis: si qñ illorū fugas & uulnera: & mortes: & bella & adulteria describūt. Quibus ex rebus intelligi dat̄: non potuisse ullo pacto fieri deos q̄a ne hoies qd̄e hī p̄bi fuerūt: eaq; iuita sua gesserūt: q̄ mortē pariūt sēpiternā.

De propria Romanorum religione.

Capi. xx.

Enio nunc ad proprias Romanorum religiones: quoniā de cōmunibus diuini: Romuli nutrix Lupa honoribus ē affecta diuinis. Et ferrem si nō animal id ipsum fuisse: cuius figurā gerit: cuius auctor ē Lūius tarētine esse simulacrum & quidē non corporis: sed mentis ac mōrum. Fuit enim Faustuli uxor: & propter uulcani nominis uilitatem Lupa inter pastores. i. meretrix nūcupata est: unde ē lupanar dicit̄ exemplū scilicet Atheniēsiū i ea figurandi: romani secuti sūt: apud quos meretrix quædam nomine Læna cū tyrannū occidisset: quia nefas erat simulacrū cōstitui meretricis in tēplo: animalis effigiem posuerunt: cuius nomen gerebat. Itaq; ut illi monumentum ex nomine: sic isti ex p̄fessione fecerunt. Huius nominis etiā dies festus dicitur: & tarentinalia constituta. Nec hanc solam Romani meretricem colunt: sed Faulam quoq; quam Herculis scortum fuisse Verrius scribit: iam quanta ista immortalitas putanda sit: quam etiam meretrices assequantur. Flora cū magnas opes ex arte meretricia quæsiuisset: populū Romanum scripsit hæredem: certam pecuniam reliquit: cuius ex annuo scenore sunt natalis dies celebrare: editione ludorū quos appellant Floralia: Quod quia senatui flagiciosum uidebatur: ab ipso nomine argumentum sumi placuit: ut pudēdæ rei quædā dignitas adderet. Deā finxerunt esse quæ floribus præsit: eāq; oportere placari: ut fruges cū arboribus aut uiribus bene prospereq; florescerēt: Eum colorē secutus i fastis poeta nō ignorabilē nympham narrauit: q̄ sit Cloris uocitata: eāq; zephyro nuptā quasi dotis loco id accepisse muneris a marito: ut hēret omniū florū potestatem. Honeste quidem ista dicuntur sed in honeste turpiterq; creduntur. Non debēt (cum ueritas quærit̄) huiusmodi nos uelamēta decipere. Celebrant̄ ergo illi ludi cū omni lasciuia: conuenientes memoriæ meretricis. Nā præter uerborū licentiā: quibus obscenitas omnis effunditur: exuuntur etiā uestibus populo flagitante meretrices: quæ tunc minorū fungunt̄ officio: & i cōspectu populi usq; ad facietatem ipudicorū luminū cum impudendis moribus detinent̄. Cloacinæ simulacrum in cloaca maxima repertum. Tatius consecrauit & quia cuius esset effigies ignorabat: ex loco illi nomē iposuit. Paoorem: Pallorēq; Tullus Hostilius figurauit & coluit. Quid de hoc dicā: nisi dignum fuisse qui semp deos suos (sicut optari solet) præsentēs hēret: Ab hoc illud. M. Marcelli de cōsecratiōe honoris atq; uirtutis honestate nominum differt: re congruit. Eadem uanitate mentem quoq; inter deos collocauit senatus: quā profecto si habuisset: eiusmodi sacra nunq̄ suscipisset: Magnum Cicerō audax cōcilium suscipisse Græciam dicit: q; cupidinum & amorū simulacra in gymnasiis consecrasset: adulatus est uidelicet Attico: & irisit hominē familiarem. Non est enim illud magnum: aut omnino concilium dicendum fuit. Sed ipudicorū hominū perdita & deplorata nequitia: qui liberos suos quos erudire ad honesta deberent: prostituerunt libidini iuuentutis: a quibus flagitiorum deos & in illis potissimum locis: ubi nuda corpora corruptorū liminibus patent & in illa coli ætate uoluerūt: quæ simplex & in puida prius irrite: & in laqueos potest cadere: q̄ cauere. Quid mirum si ab hac gente uniuersa flagitia manarūt: apud quā ipsa uiria religiosa

Lupa nutrix romuli Lūius

Flora

Cloris

DIVINARVM INSTITVTIONVM

Vtriusq; in utranq; partem modus defuit. Vbi ergo sapientia est; ut neque te omnia scire putes quod dei est; neq; omnia nescire quod pecudis. Est enim aliquid mediam quæ sit hominis; id est scientia cum ignorantia coniuncta & temperata; Scientia in nobis ab anima est; quæ oritur e cælo; ignorantia a corpore quod est terra. Vnde nobis & cum deo & cum animalibus est aliqua communitas. Ita quoniam ex his duobus constamus elementis quorum alterum luce præditum est; alterum tenebris pars nobis data est scientiæ; pars ignorantia; per hunc quasi pontem transire sine cadendi periculo licet. Nā si illi omnes qui in alteram partem inclinauerunt; aut dextro aut sinistro uersus ceciderunt. Vtraq; autem pars quomodo errauerit dicam. Academici contra physicos ex rebus obscuris argumentati sunt nullā esse scientiam; & exemplis paucarum rerum incomprehensibilium contenti amplexi sunt ignorantiam tanq; scientiam totam sustulissent quia in partem sustulerant; Physici contra ex his quæ aperta sunt argumentum traherant omnia sciri posse; contentiq; perspicuis; retinebant scientiam tanquam totam defendere; quia ex parte defenderant. Itaq; neq; hi clara; neq; illi obscura uiderunt; sed utiq; dum solam scientiam confertis manibus uel retinent; uel eripiunt. non uiderunt in medio constitutam fore. quæ illos ad sapientiam transmitteret. Verum archelilas ignorantia; magister. cum Zenoni obrectaret principi stoicorum; ut totam philosophiā euerteret (auctore Socrate) uscepit hanc sententiam; ut affirmaret nihil sciri posse. Itaq; eo arguit æstimationem philosophorum qui putassent ingenii suis erutam esse atq; inuentā ueritatem; uidelicet quia mortalis fuerat illa sapientia; paucisq; ante tēpibus instituta. ad summū iam incrementū puenerat; ut iā necessario cōsenesceret ac pīret; repente extitit acadēmia tanq; senectus philosophiæ; quæ illam conficeret iā deflorescentem. Recte q; uidit archelilas arrogantes uel potius stultos esse; qui putent sciam ueritatis cōiēstura posse cōprehendi. Sed tamen falsa dicentem redarguere nō pōt; nisi qui scierit ante quid sit uerū. Quod Archelilas ueritate nō cognita facere conatus; introdu

## LIBER TERTIVS

xit genus philosophiæ αὐτὸ τῶν: quod latine instabile siue inconstans possumus dicere. Vt. n. nihil sciendum sit: aliquid scire necesse est. Nam si omnino nihil scias: id ipsū nihil scire posse tolletur. Itaq; qui uelut sententiæ loco pronunciat nihil sciri: tanq; præceptum profiteretur & cognitum: ergo aliquid sciri potest. Huic simile est illud quod in scholis proponi solet in alystati generis exemplum: somniasse quendam ne somniis crederet. Si. n. crediderit: tum sequitur: ut credendum non sit. Si autem non crediderit: tūc sequitur ut credendum sit. Ita si nihil sciri potest: necesse est id ipsum sciri: quod nihil sciat. Si aut scitur: posse nihil sciri. Falsum est ergo: quod dicitur nihil sciri posse. Sic inducitur dogma sibi ipsi repugnās. seq; dissoluens. Sed hō uersutus cæteris philosophis uoluit scientiam eripere: ut eam domi absconderet. Nam sibi illam profecto non adimit: qui aliquid affirmat: ut cæteris adimat: sed nihil agit. Apparet. n. ac furem suum prodit: Quanto faceret sapientius ac uerius. si exceptione facta diceret: causas rationesq; dūtaxat rerum cælestium seti naturalium quia sunt abditæ: nesciri posse: quia nullus doceat nec quæri oporteret: quia inueniri quærendo non possunt. Qua exceptione interposita & phycos admonuisset: ne quærent ea: quæ modum excederent cogitationis humanæ: & se ipsam calumniæ inuidia liberasset: & nobis certe dedisset aliquid quod sequeremur. Nunc autem quum ab his sequendis nos retraxerit: ne uelimus plus scire: q; possimus: non minus a se quoq; ipso retraxit. Quis. n. uelit laborare ne quicq; sciat: aut eius modi suscipere doctrinam: ut et communem scientiam perdat. Quæ si doctrina est scientia constet necesse est. Si non est. quis tam stultus est: ut discendum id putet: in quo aut nihil discitur: aut omnino de discitur: Quare si neq; omnia sciri possunt: quod phyci putauerunt: neq; nihil quod acadæmici: philosophia omnis extincta est.

De morali philosophiā: & quare sicut utilior: ita & cæteris philosophiæ partibus sit facilior: quæ fuerit oīam philosophorū fere sententiæ de summo bono. Ca. vii.

Ranfiamus nunc ad alteram philosophiæ partem: quam ipsi mortalem uocant: in qua totius philosophiæ ratio continetur. Siquidem in illa phycica sola oblectatio est: in hac etiam utilitas: & quoniam in disponendo uitæ statu: formandisq; moribus periculo maiori peccatur: maiorem diligentiam necesse est adhiberi ut sciamus quomodo nos oporteat uiuere. Ille. n. potest uenia concedi: quia siue aliquid dicunt: nihil profunt: siue delirant nihil nocent. Hic uero nullus dissidio: nullus errori est locus. Oēs unum sentire oportet: ipsamq; philosophiam uno quasi ore precipere: quia si quid fuerit erratum: uita oīs euertitur. In illa priori parte: ut periculi minus: ita plus difficultatis est: q; obscura rerum ratio cogit diuersa & uaria sentire. Hic ut periculi plus: ita minus difficultatis. Quod ipse usus rerum & quotidiana experimenta possunt docere quid sit uerius: & melius. Videamus ergo utrum ne cōsentiat: aut quid nobis afferat: quo rectius ad uita degatur. Non necesse est oīa circuire. unū eligamus ac potissimum qd est summum ac principale: in quo totius sapiæ cardo uersat. Epicurus sūmū bonum in uoluptate ai esse censeat. Aristippus i uoluptate corporis. Callyphō & Dyanomachus cyrenaiici: honestatē cū uoluptate iunxerunt. Diodorus i priuatōe doloris sūmū bonū posuit. Hieronymus in nō dolendo. Peripatetici aut in bonis ai & corporis & fortunæ. Erilli sūmū bonū est scientia. Zenonis cū natura congruenter uiuere. Quorundam stoicorū uirtutem sequi. Aristoteles in honestate ac uirtute sūmū bonū collocauit. Hæ sunt feræ oīum sententiæ. In tanta diuersitate: quem sequimur? Cui credimus? Par est

Opinio  
diuersorū  
de sūmo  
bono

DIVINARVM INSTITVTIONVM

omnibus auctoritas. Si eligere possumus quod est melius: iā nō est philosophia nobis necessaria: quia sapientes iā sumus: qui de sapientū sententiis iudicemus. Cū uero discē dā sapientia cā ueniamus: qd possumus iudicare: q nūdum sapere cōperimus. Maxime cum prelo assit acadēmicus: qui os palio retrahat: ac uetet cuiq̄ credere: nec tamen afferat ipse quod sequamur.

Quod uera sapientiā docet sūmū bonū hoīs nō esse animi uel corporis uoluptatem: aut aliquid eorū quā a philosophis sunt pposita. Ca. viii.

Vid ergo superest: nisi ut omīssis litigationibus furiosis ac pertinacibus: ueniamus ad iudicem illū: scilicet datorem simplicis & quietā sapientia: qui nō tantum formare nos ac inducere in uiam possit: uerum etiam de controuersis istorum ferre sententiam. Hęc nos docet: quid sit hominis uerum ac summum bonum de quo priusq̄ dicere incipio: illā omnes sententiā sunt refellendā: ut appareat neminem illorum fuisse sapientem. Cum de officio hominis agatur: oportet summū sūmū aiālis bonū in eo constitui: quod cōmune cum ceteris animalibus esse non possit. Sed ut feris dentes: armentis cornua uolucris pennā propria sunt: sic homini aliquid suum debet ascribi: sine quo rationem suā conditionis amittat: Nam quod uiuendi aut generandi causa datum est omnibus: est quidem bonū naturale: summū tamen nō ē: nisi qd ē unicuiq̄ generi propriū. Sapiens ergo non fuit: qui summum bonum credidit animi uoluptatem: quoniam sine ulla securitas siue gaudium est: communis est omnibus. Aristippo ne respondendum quidem duco: quem corporis semp uoluptatem tuentem nihilq; aliud q̄ uentri & ueneri seruientem: nemini dubium est hominem non fuisse: Sic. n. uixit: ut nihil inter eum pecudemq; distaret: nisi unum: q; loquebatur. Quod si asino aut cani: aut sui facultas loquendi tribuatur: quærasq; ab his quid sibi uelint: cum scemias tam rabide consecantur: ut uix diuelliqueant: cibos etiam potumq; negligant. Cur aut alios mares uiolenter abigant: aut ne uicti quidem absistant. sed a fortioribus sæpe contriti: eo magis infectentur: Cur ne hymbres ne frigora pertinescant: laborem suscipiant: periculum non reculent: Quid aliud respondebunt: nisi summum bonum esse corporis uoluptatem: eam se appetere: ut afficiantur suauissimis sensibus: eosq; esse tantum: ut assequendorum causa nec laborem sibi ullum: nec uulnera: nec mortem ipsam recusanda putent. Ab his ne igitur pcepta uiuendi petemus: qui hoc idē sentiunt: quod animæ rōnis expertes: Aiunt Cyrenaici uirtutē ipsam ex eo ipso esse laudandā: quod sit efficiens uoluptatis. uerum ergo inquit obscenus canis: aut sus ille lutulentus: nam ideo cum aduersatio sūma uirium contēntione depugno: ut uirtus mea pariat mihi uoluptatem cuius exps sim necesse est: si uictus abscessero. Ab his ergo sapere discemus: quos a pecudibus ac bæluis non sententiā sed lingua discernitur: Priuationem doloris summū bonum putare: non plane pipateticorū ac stoicorū: sed cynicorū philosophorū est: Quis. n. non intelligat ab ægrotis & in aliquo dolore positis: esse hoc disputatum: Quid tam ridiculum: q̄ id habere pro summo bono: quod medicus possit dare: Dolendum est ergo: ut fruatur bono: & quidem grauitate ac sæpe: ut sit postea non doleat iocū dus. Miserrimus est igitur qui nunq̄ doluit quia bono caret quem nos felicissimum putabamus quia malo caruit. Ab hac uanitate non longe absuit qui oīo nihil dolere summum bonum dixit. Nam præterq̄ quod oē animal doloris est fugiens quis potest sibi hoc bonum præstare quod nobis ut eueniat nihil aliud possumus q̄ optare: Summum aut bonū non potest efficere quemq̄ beatū nisi semp fuerit in ipsius potestate. Hoc aut non uirtus homini nō doctrina non labor sed natura ipsa cunctis animantibus præstat:

Confutatio opinio nū philosophorū de sūmo bono

Qui uolup  
met arpag  
ulian stas  
qua pū  
uend et  
Acadēmic  
reposit  
tū pū  
uum bon  
pūm s  
uobis m  
laturā  
et acco  
deberis  
uenerā  
et diffin  
u. Q. m  
lores app  
tūmā. A  
uicid uol  
Quid erg  
part. u  
ca. Nā u  
uis glori  
Tantus  
Nec im  
Et quis  
cum al  
putatū  
quam  
rit temp  
las rem  
uel quis  
quæ p  
Carer  
tio: St  
us di  
acce  
men  
tia co  
runt  
tus i  
uirtu  
le per  
facile

Qui uoluptatē cū honestate iunxerūt: cōmunionē hanc effugere uoluerūt. Sed effice-  
 runt repugnans bonū: qm̄ qui uoluptati deditus est: honestate caret necesse est: q̄ ho-  
 nestati studet: uoluptate. Peripateticorū bonum nimium multiplex: exceptis aī bonis:  
 quæ ipsa quæ sint: magna contentio est: cōe cum bæluis potest uideri. Nā corporis bo-  
 na: id est incolumitas: idolentia: ualitudo: non minus sunt mutis: q̄ homini necessaria.  
 Ac nescio an etiam magis: quia homo & medelis: & ministeriis subleuari potest: muta  
 non possunt. Item quæ appellant fortunæ bona: nam sicut hoī opibus ad uitam tuendā  
 ita illis præda & pabulis est opus. Ita inducendo bonum: quod non sit in hoīs potesta-  
 te totum hoīem alienæ ditioni subiugarunt. Audiamus et zenonem. (Nam is interdū  
 uirtutem somniat.) Summū inquit est bonū cū natura cōsentanæ uiuere. Bæluarū igi-  
 tur nobis more uiuendum est. Nam quæ abesse debent ab hoīe. in his oibus depræhē-  
 duntur: uoluptates appetunt: metuunt: fallunt: insidiantur: occidunt: Et quod ad rē ma-  
 xime attinet: deum nesciunt. Quid ergo me docet: ut uiuam secundum naturā: quæ ip̄a  
 in deterius prona est: & q̄busdā blādimentis lenioribus in uitia præcipitat: sed si aliam  
 mutorū: aliā hoīs dicit esse naturā: q̄ hō ad uirtutē se genitus: nō nihil dicit: Sed tñ non  
 erit diffinitio summi boni: quia nullum est aīal quod non secundum naturam suam ui-  
 uat. Qui sciam summū bonū fecit aliquid hoī proprium dedit: sed sciam alteri⁹ rei gr̄a  
 hoīs appetūt: non pp̄ ipsam. Quis. n. scire contentus est: non expectant aliquē fructū  
 sciētia: Artes ideo discuntur: ut exerceantur. Exercentur autem: uel ad subsidia uitæ:  
 uel ad uoluptatem: uel ad gloriam. Nō est igitur summū bonū: quod non pp̄ se expetit  
 Quid ergo interest utrū sciam summū bonum putemus: an illa ipsa quæ sciētia ex se  
 parit. i. uictū: gloriā: uoluptatem: quæ non sunt hoī pp̄ria: & ideo ne summa q̄dem bo-  
 na. Nā uoluptatis & uictus appetentia non hoī solum: sed et mutis inest. Quid cupidi-  
 tatis gloriæ: Non ne in equis depræhenditur: cum uictores exultant: uicti dolent?  
 Tantus amor laudum: tantæ est uictoria curæ.  
 Nec immerito sūmus poeta expiendum esse ait.  
 Et quis cuiq; dolor uictor quæ gloria palmæ: Quod si ea quæ parit snia: communia sūt  
 cum aliis animalibus: nō est ergo sūmū bonū sciētia. Præterea non mediocri hui⁹ dis-  
 putationis est uitium: q̄ sciētia nuda ponitur. incipient. n. beatiore uideri: qui artē ali-  
 quam scierint: immo uero qui & res malas scierint: ut tam beatus sit qui uenena didice-  
 rit temperare: q̄ qui mederi. Quæro igitur ad quam rem sciētia referenda sit: si ad cau-  
 sas rerum naturalium: quæ beatitudo erit mihi proposita si sciero unde Nilus oriatur:  
 uel quicquid de cælo phisici delirant: Quid q̄ earum rerum non est sciētia sed opinio  
 quæ pro ingeniis uaria est: restat ut sciētia bonorum ac malorum sūmum bonum sit.  
 Cur ergo sciam maluit: q̄ ipsā sapiam summum bonum dicere: cum si utriusq; significa-  
 tio: & uis eadem? Nemo tñ usq; adhuc summum bonum dixit esse sapiam: quod meli-  
 us dici potuit. Nam scia parum est ad bonum suscipiendum: malumq; fugiendum: nisi  
 accedat & uirtus. Multi. n. philosophorum cum de bonis malisq; differerent: aliter ta-  
 men q̄ loquebantur natura cogente uixerunt: q̄ uirtute caruerunt. Virtus autē cū scien-  
 tia coniuncta est sapia. Superest ut eos et refellamus: q̄ uirtutem summū bonū putau-  
 erunt: in qua opinione et. M. Tullius fuit: in quo multum considerati fuerunt. Nō. n. uir-  
 tus ipsa est sūmū bonū: sed effectrix & mater est sūmi boni: qm̄ perueniri ad illud sine  
 uirtute nō pōt. Vtrūq; itellectū ē facile. Quæro. n. utrū ne an præclarū illud bonū faci-  
 le pueniri putet: an cū difficultate ac labore: expediāt acumē suū errorēq; defendant. Si  
 facile ad illud ad sine labore pueniri potest: sūmū bonū nō est. Quid. n. nos cruciemus?

DIVINARVM INSTITVTIONVM

qd cōfitemur enitendo diebus & noctibus: Quātoquidē tam in prōptu id quod quærimus iacet ut illud qlibet sine ulla cōtentione ai deprehendat. Sed si cōe quoq; ac meo cre quodlibet bonū nō nisi labore assequimur: qm̄ bonorū natura in arduo posita ē: malorū in præcipiti. Sūmo igitur labore summū bonū assequi necesse est. Quod si uerissimum est: ergo altera uirtute opus est: ut pueniamus ad eā uirtutē: quæ dicitur sūmū bonū: qd est incongruens & absurdū. ut uirtus p seipsam pueniat ad seipsā. Sinon pōt ad unū bonū nisi p laborem perueniri: apparet uirtutē esse per quam perueniatur qm̄ in suscipiendis pferendisq; laboribus uis officiumq; uirtutis est. Ergo summū bonum non potest esse id: pp̄ quod necesse est ad aliud perueniri. Sed illi cum ignorarent quid esset uirtus aut quo tenderet: honestius aut nihil reperirent: substituerunt in ipsius uirtutis noie: quam nullo proposito emolumento appetenda esse dixerunt: ut bonū sibi cōstituerūt: q; bono indigeret. Aristoteles ab his nō lōge recessit: q; uirtutem cū honestate summū bonū putauit. quasi ulla uirtus possit esse inhonestā: ac nō siquid habuerit turpitudinis: uirtus esse desinat: sed uidit fieri posse: ut de uirtute prauo iudicio sentiat turpiter: & ideo æstimationi hominum seruiendum putauit. Quod qui facit a recto bonoq; discedit: quia non est in nostra potestate: ut uirtus pro suis meritis honestetur. Nam quid est: honestas: nisi honor perpetuus: ad aliquem secundo populū rumore delatus: Quid ergo fiet: si errore ac prauitate hoīum: mala æstimatio subsequatur: Abiciemus ne uirtutem: quia flagitiosa & turpis ab incipientibus iudicetur: Quæ qm̄ inuidia premi ac uexari potest. ut sit ipsum ppriū ac ppetuum bonū: nullo extrinsecus adiumento indigere debet: qn̄ suis p se uirtutibus nitatur & cōstet: nec ullū malū recusandū. Itaq; nec ulli ei ab homine sperandum est.

Quid sit uere sapientis summū bonum. Et q̄ uitiosa fuerit ratio Anaxagoræ ad quid natus sit homo. Ca. ix.

Enio nūc ad ueræ sapientiæ summū bonū: cuius natura hoc modo determinanda est. Primū ut solius hominis sit nec cadat in ullum aliud animal. Deinde ut solius animi nec cōmunicari possit cum corpore. Postremo ut non possit cuiquam sine scientia & uirtute contingere. Quæ circumscrip̄o illas omnes sententias excludit: ac soluit. Eorum enim quæ dixerunt. nihil tale est. Dicā nunc quid sit ut doceam quod institui. Philosophos omnes cæcos atq; insipientes fuisse: qui quod est homini summum bonum constitutum: nec uidere nec intelligere: nec suspicari aliquando potuerunt. Anaxagoras cum ab eo quæreretur: cuius rei causa natus esset: respondit: solis ac cæli uiuendi. Hæc uocem admirantur omnes ac philosopho dignam iudicant. At ego hunc puto non inuenientem quid responderet: effudisse hoc passim: ne taceret. Quod qdem secum si sapiens fuisset commentatum & meditatū habere debuit: quia si quis rationem sui nesciat: ne homo sit quidem: sed putemus non extempore dictū illud effusum. Videamus in tribus uerbis quot & quanta peccauerit. Primum q; omne hominis officium in oculis posuit: nihil ad mentem referens: sed ad corpus omnia. Quid si cæcus fuisset: officium ne hominis amitteret: quod fieri sine occasu animæ non potest: Quid cæteræ corporis partes: num carebunt suis quoq; muneribus: Quid q; plus est in auribus quam in oculis situm: quoniam & doctrina & sapientia percipi auribus solis potest oculis solis non potest. Cæli ac solis uidendi causa natus es. Quis te in hoc spectaculum induxit: aut quid cælo rerumq; naturæ uisio tua confert: Nimirum ut hoc imensum & admirabile opus laudes: Cōfiteri ergo rerum oīum esse cōstitutorē deū: q; te i hunc mundū quasi testem laudatorēq; tanti sui operis i duxit: Magnū est credis ui

Quid sit  
summum  
bonum &  
ubi constat

## LIBER TERTIVS

dere cælum ac solem. Cur ergo gratias non agis ei: qui huius beneficii auctor est? Cur non ipsius uirtutem, prudentiam; potestatem metiris animo: cuius opera miraris? Etenim necesse est: ut multo mirabilior sit: qui mirabilia fecit. Si te quispiam uocasset ad carnem: in ea quoque optime acceptus esses: num sanus uiderere: si pluri faceret ipsam uoluptatem: quam uoluptatis auctorem? Adeo philosophi ad corpus omnia referunt: nihil prorsus ad mentem: nec uident amplius: quam quod sub oculis uenit. Atque remotis omnibus officiis corporis in sola mente ponenda est hominis ratio: non ergo ideo nascimur: ut ea quae sunt facta uideamus: sed ut ipsum factorem rerum omnium contemplemur: id est mente cernamus. Quare si quis hominem (qui uere sapit) interroget: cuius rei gratia natus sit: respondebit intrepidus ac paratus: colendi se dei gratia natum: qui nos ideo generauit: ut ei seruiamus. Seruire autem deo nihil aliud est quam bonis operibus tueri & conseruare iustitiam. Sed ille ut homo diuinarum rerum impitius: rem maximam redegit ad minimum: duo sola deligendo: quae sibi diceret intuenda. Quod si natum se esse dixisset: ut mundum intueretur: quamquam omnia comprehenderet: ac maiori tueretur sono: tamen non impleisset hominis officium: quia quanto pluri est anima quam corpus: tanto pluri est deus quam mundus: quia mundum deus fecit & regit. Non ergo mundus oculis quia utrumque est corpus: sed deus anima contemplanus est: quia deus ut est ipse immortalis: sic animam uoluit esse sempiternam. Dei autem contemplatio est uenerari & colere communitatem parentis generis humani. Quod si a philosophis abfuit: proiectique in terram fuerunt diuina ignorando existimandus est Anaxagoras ad ea quae uidentur natum esse se dixit: nec caelum uidisse nec solem. Expedita est igitur hominis ratio si sapiat: cuius propria est humanitas: nam ipsa humanitas quid est nisi iustitia? Quid est iustitia nisi pietas? Pietas autem nihil aliud est: quam dei parentis agnitio.

Quod ea quae uidentur hominis esse propria: ceteris quoque animalibus communia sunt: hominis uero proprium est deum noscere & colere. Ca. x.

Vnum igitur bonum hominis in sola religione est. Nam cetera sunt quae putantur esse homini propria in ceteris quoque animalibus reperiuntur. Cum enim suas uoces proprias inter se notis discernunt atque dignoscunt: colloqui uidentur: ridendi quoque ratio apparet in his aliqua: eum demulsi auribus: contractoque rictu & oculis in lasciuiam resolutis: aut hominem illudunt: aut suis quisque coniugibus ac sociis propriis. Nonne aliquid amoris mutuo & indulgentiae simile impartiant? Iam illa quae sibi prospiciunt in futurum & cibos reponunt: habent utique prouidentiam: rationis quoque signa in multis deprehenduntur. Nam quando utilia sibi appetunt: mala cauent: pericula uitant latibula sibi parant in plures exitus disparentia profecto aliquid intelligunt: Potest aliquis negare illis in eam rationem cum hominem ipsum saepe deludant. Nam quibus generandi mellis officium est: cum assignatas incolunt sedes castra muniunt domicilia inenarrabili arte componunt regi suo seruiunt nescio an in his perfecta sit prudentia. Incertum est igitur utrum ne illa quae homini tribuuntur communia sint cum aliis uiuentibus. Religionis certe sunt expertia. Equidem sic arbitror uniuersis animalibus esse datam rationem sed mutis tantummodo ad uitam tuendam hominem autem ad propagandam. Et quia in homine ipsa ratio perfecta est sapientia nominatur quae in hoc extremum facit hominem quod soli datum est homini intelligere diuina. Quae de re Ciceronis uera est sententia. Ex tot inquit generibus nullum est animal praeter hominem quod habeat notitiam aliquam dei. Ipsique in hominibus nulla gens est neque tam immatura neque tam fera quae non etiam si ignoret qualem deum haberi deceat tamen habendum sciat. Ex quo efficitur ut is agnoscat deum qui unde ortus sit recorderetur. Qui ergo philosophi uolunt animos omni metu liberare tollunt etiam religionem & orbant hominem suo proprio

## DIVINARVM INSTITVTIONVM

ac singulari bono: quod est a recte uiuendo atq; ab omni humanitate distat: quia ut deus cuncta uiuentia subiecit homini, sic ipsum hominem sibi. Nam quid est cur iidem ipsi disputent, eo dirigendam esse mentem: quo uultus erectus est? Si. n. nobis in caelum spectandum est: ad nihil aliud utiq; q̄ ob religionem. Si religio tollitur: nulla nobis ratio cum caelo est. Itaq; aut eo est spectandum: aut in terra procumbendum. In terra procumbere si uelimus: quidem possumus: quorum status rectus est. In caelum igitur spectandum est: quo natura corporis prouocat. Quod si constat esse faciendum: aut ideo est faciendum ut religioni seruiamus: aut ideo ut rationem rerum caelestium cognoscamus. Sed rationem rerum caelestium cognoscere nullo modo possumus: quia nihil eiusdem potest cogitatio iueniri: sicut supra docui. Religionem ergo seruandum est: quam qui non suscipit: ipse se prosternit in terra: & uitam pecudum secutus humanitate se abdicat. Sapientiores ergo imperiti: qui et si errant in religione deligenda. tamen naturae suae conditionisq; meminerunt.

Quod deus fecit hominem cupidum religionis & sapientiae: quorum alterum constare sine altero non potest. Et quod nihil eorum quae mortales appetunt. summum bonum sit. Ca. xi.

Constat igitur totius humani generis consensu religionem suscipi oportere: sed quomodo in ea erretur: explicandum est. Naturam hominis hanc deus esse uoluit: ut duarum rerum cupidus & appetens esset: religionis & sapientiae. Sed homines in falluntur: quod aut religionem suscipiunt omissa sapientia: aut sapientiam soli student omissa religione cum alterum sine altero esse non possit uerum. Cadunt ergo ad multiplices religiones: sed ideo falsas: quia sapientiam reliquerunt: quae illos docere poterat: deos multos esse non posse. Aut student sapientiam sed ideo false: quia religionem summi dei omiserunt qui eos ad ueram scientiam potuit erudire. Sic homines qui alterutrum suscipiunt uitam de uiam maximamq; erroribus plenam sequuntur: quoniam in his duobus inseparabiliter connexum & officium hominis: & ueritas omnis inclusa est. Miror itaque nullum omnino philosophorum extitisse: qui sedem ac domicilium summi boni reperiret. Potuerunt. n. sic quaerere. Quod cumque est summum bonum: necesse est omnibus esse propositum. Voluptas est quae appetitur a cunctis: sed haec & communis est cum bestialibus: & honesti uim non habet & satietatem affert: & nimia nocet & processu minuitur aetatis: & multis non contingit. Nam qui opibus careant: quorum maior est numerus: et uoluptate careant necesse est. Non est igitur summum bonum: sed ne bonum quidem uoluptas. Quid diuitiae? Multo magis Nam & paucioribus & plerumque casu & inertibus saepe: & non nunquam scelere contingunt & optantur ab his. qui eas iam tenent. Quid regnum ipsum? ne id quidem. Non enim cuncti homines regnare possunt: & necesse est uniuersos summi boni capaces esse. Quamquam igitur aliquid: quod propositum sit omnibus. Num uirtus? negari non potest: quin & bonum sit: & omnium certe bonum. Sed si beata esse non potest: quia uis & natura eius in maiorum praesentia posita est: non est perfectum summum bonum. Quamquam aliud. At nihil uirtute pulchrius: nihil sapientia dignius inueniri potest. Si enim uicia ob turpitudinem fugienda sunt: uirtus igitur appetenda est ob decorem. Quid ergo? Potest ne fieri: ut quod bonum: quod honestum esse constat mercede ac praemio careat: sitque tam sterile: ut nihil ex se commodi pariat. Labor ille magnus & difficultas & eluctatio aduersus mala quibus haec uita plena est: aliquid magni boni pariat necesse est. Id uero quod esse dicimus: Num uoluptas? At nihil turpe ex honesto nasci potest. Num diuitias? num potestates? At eam quidem fragilia sunt & caduca. Num gloriam? num honorem? num memoriam nominis? At haec omnia non sunt in ipsa uirtute: sed in aliorum aestimatione atque arbitrio posita. Nam saepe uirtus & inuisa est: & malo afficitur. Debet autem id bonum quod ex eo nascitur

ita coherere: ut diuelli atq; distrahi nequeat. nec aliter summum bonum uideri potest: quod si & proprium sit uirtutis: & tale ut neque adici quicquam nec detrahi possit. Quid quod in his omnibus contemnendis uirtutis officia consistunt: Nam uoluptates opes: potentias: honores atque omnia quae pro bonis habentur: non concupiscere: non appetere: non amare: quod certe faciunt uicti cupiditate. id est: perfecto uirtus. Aliud ergo sublimius atque praeclearius efficit: nec frustra his praesentibus bonis reluctatur: nisi quod maiora & ueriora desiderat non despemus inueniri posse. Mox uerset se cogitatio in omnia. Neque enim leuia aut ludicra praemia petuntur.

De duplici pugna corporis & animae. & hostibus utriusque. Et quod uirtus non pro se appetenda est: sed pro uitam aeternam: quae summum bonum est. Et uirtutem necessario sequitur: & in praesenti haberi non potest. Ca. xii.

Ed quaeritur quid sit: propter quod nascimur. quid efficiat uirtus: possumus sic inuestigare. Duo sunt ex quibus homo constat: animus & corpus. Multa sunt propria animi multa propria corporis. Multa utique communia: sicut est ipsa uirtus: quae quotiens ad corpus refertur: discernendi gratia fortitudo nemiatur. Quoniam igitur utrique subiacer fortitudo: utrique propria dimicatio est: & utrique ex dimicatione uictoria. Corpus quia solidum est & comprehensibile: cum solidis & comprehensibilibus confligat necesse est. Animus autem quia tenuis & inuisibilis est: cum his congregitur hostibus: quae uideri tangique non possunt. Qui sunt autem hostes animi: nisi cupiditates: uirtutis peccata: quae si uicerit uirtus ac fugauerit imaculatus erit animus ac purus. Unde ergo colligi potest: quid efficiat animi fortitudo: nimirum ex coniuncto & pari: hoc est ex corporis fortitudine. Quod cum in aliquam congressionem certamenque uenerit: quod aliud ex uictoria quam uitam petit. Siue enim cum homine: siue cum bestia dimicet: pro salute certatur. Ergo ut corpus uincendo id assequitur: ut non intereat: sic etiam animus ut permaneat: & sicut corpus ab hostibus suis uictum morte mulctatur: ita superatus a uitiis animus moriatur necesse est. Quid ergo inteterit inter animi corporisque dimicationem: nisi quod corpus temporalem uitam nitam expetit: animus sempiternam. Si ergo uirtus pro seipsa beata non est: quoniam in praesentibus (ut dixi) malis: tota uis eius est. Si omnia quae pro bonis concupiscuntur negligit: si summus eius gradus ad mortem patet: quando quidem uitam quae optatur a ceteris: saepe respuit mortemque quam ceteri timent: fortiter suscipit: Si necesse est aliquid ex se magni boni pariat: quia sustentati & separati usque ad mortem: labores sine praemio esse non possunt. Si nullum praemium quod ea digna sit in terra reperiretur: quando quidem cuncta quae fragilia sunt & caduca spunt. Quid aliud restat: nisi ut caeleste aliquid efficiat: quid terrena uniuersa contemnit: & ad altiora nitatur: quia humilia despicit. Id uero nihil aliud potest esse: quam immortalitas. Merito ergo philosophorum non obscurus Euclides: qui fuit conditor megaricorum disciplinae: dissentiens a ceteris id esse summum bonum dixit: quod simile sit & idem semper. Intellexit profecto quae sit natura summi boni: licet id non explicauerit quod sit. id est: immortalitas. Nec aliud omnino quicquam: quia sola nec imminui: nec augeri nec immutari potest. Seneca quoque imprudens incidit (ut fatetur) nullum esse aliud uirtutis praemium quam immortalitatem. Laudans enim uirtutem in eo libro: quem de matura morte conscripsit. Vna inquit res est uirtus: quae nobis immortalitatem donare possit: & pares diis facere. Sed & stoici quos secutus est: negant sine uirtute effici queque beatum posse: ergo uirtutis praemium beata uita est: si uirtus (ut recte dictum est) beatam uitam facit. Non est igitur (ut aiunt) pro seipsam uirtus experenda: sed pro uitam beatam: quae uirtute merito necessario sequitur. Quod argumentum docere eos potuit: quod esset summum bonum. Haec autem uita praesens & corporalis beata esse non potest: quia malis est subiecta per corpus. Epi

Euclides

Seneca

Aristoteles

Aristoteles

Aristoteles

f

DIVINARVM INSTITVTIONVM

curus deum beatū & incorruptū uocar: quia sempiternus est. Beatitudo. n. pfecta esse debet: ut nihil sit quod eā uexare ac imminuere: aut imutare possit. Nec aliter quicq̄ estimari beatū pōt: nisi fuerit incorruptū. Incorruptū aut̄ nihil ē nisi qd̄ est immortale. Sola ergo immortalitas beata est: q̄a corrupti ac dissolui nō pōt. Quod si cadit in hoīem uirtus: qd̄ negare nullus pōt: cadit & beatitudo. Nō pōt. n. fieri ut sit miser: qui uirtute est præditus. Si cadit beatitudo: ergo & immortalitas cadit in hoīem quæ beata est. Summū igit̄ bonū sola immortalitas inuenitur: q̄a nec aliud aīal: nec corpus attingit. Nec pōt cuiq̄ sine scientiæ uirtute. i. sine dei cognitione ac iustitia puenire. Cuius appetitio q̄ uera: q̄ recta sit: ipsa uitæ huiusce cupiditas indicat: quæ licet sit temporalis & labore plenissima: experitur tñ ab oībus & optatur. Hanc. n. tam senes q̄ pueritā reges q̄ infirmi: tam deniq; sapientes q̄ stulti cupiunt. Tanti est (ut Anaxagore uisum est) contemplatio cæli ac lucis ipsius: ut quascunq; miseras libeat sustinere. Cū igitur laboriosa hæc & breuis uita non tñ hoīum: sed ēt cæterorum aīantium consensu magnū bonum esse ducat̄. Manifestum est eandē summū ac pfectum fieri bonum: si & sine careat: & oīo malo. Deniq; nemo unq̄ extitisset: q̄ hanc ipsam breuem contēneret: aut subiret mortem nisi spe uitæ longioris. Nā illi q̄ per salutem ciuium uoluntariæ se neci obtulerūt: sicut Thebis Meneochus: Athenis Codrus: Romæ Curtius: & Mures duo Decii: nunq̄ mortem uitæ commodis prætulissent: nisi se immortalitatem opinione ciuium consequi putauissent. Qui tamē si nescierunt immortalitatis uiam: res tñ eos non fefellit. Si. n. uirtus diuitias & opes ideo cōtemnit q̄a fragiles sūt: uoluptates ideo quia breuis: ergo & uitam fragilem breuēq; ideo cōtemnit: ut se lidā & ppetuam cōsequat̄. Ipsa ergo cogitatio pordinem gradens & uniuersa considera: pducit nos ad eximium illud & singulare: cuius causa nascimur bonū. Quod si fecisset philosophi: si non qd̄ semel apprehenderāt: tueri pertinaciter maluissent pfecto peruenissent ad uerū hoc (ut ostendi) mō. Quod si nō fuit eorum qui cælestes aīas una cū corporibus extringuūt: illi tamen q̄ de immortalitate disputant animi: intelligere debuerunt ideo ppositam nobis esse uirtutem: ut pdomitis libidinibus rerumq; terrestrium cupiditate superata: puræ ac uictrices animæ ad deum. i. ad originem suam reuertantur: Iccirco. n. soli animantium ad aspectū cæli erecti sumus: ut summum bonum nostrum in summo deo esse credamus: Ideo religiōem soli capimus: ut ex hoc sciamus humanū spūm nō esse mortale: q̄ deum qui est immortalis & desiderat & agnoscit. Igitur ex oībus philosophis qui aut pro summo bono sciam aut uirtutem sunt amplexi: tenuerunt quidem uiam ueritatis: sed non puenierunt ad summum. Hæc. n. duo sunt: quæ simul efficiat illud quod quæritur. Scientia id præstat: ut quō & quo pueniendum sit: nouerimus: uirtus ut perueniamus. Alterum sine altero nihil ualet. Ex scientia. n. uirtus ex uirtute summum bonum nascitur. Beata igitur uita q̄ philosophi quæsiuerunt semper & quærunt: siue in cultu deorum: siue in philosophia: uulla est. Et ideo ab his non potuit reperiri. quia summum bonum non in summo quæsiuerunt: sed in imo. Summū aut̄ quid est nisi cælū & deus unde animus oritur? Imum quid est nisi terra unde corpus ē? Ita q; licet quidā philosophi summū bonū nō corpori sed animo dederint: tamen quoniam ad illud hanc uitam rettulerunt: quæ cum corpore terminatur ad corpus reuoluti sunt: cuius est omne hoc tps̄ quod transigitur in terra.

Meneochus  
Codrus  
Curtius  
Decii

Vbi sit pfecta beatitudo

Quare nō imerito summū nō cōprehenderunt: q̄a quicq̄ ad corpus spectat & immortalitatis est expers: unum sit necesse est. Non cadit ergo in hoīem beatitudo illo modo quo philosophi putauerunt: sed ita cadit: non ut tunc beatus sit: cū uiuit in corpore: qd̄ utiq; ut dissolueret: necesse est corrumpi: sed tunc cū anima societate corporis liberata

in solo spiritu uiuit. Hoc uno beati esse in hac uita possumus: si minime beati esse uideamur. Si fugientes illecebras uoluptatum soli q; uirtuti seruientes: in oibus laboribus miserisq; uinamus: quæ sunt exercitia & corroboramenta uirtutis. Si deniq; asperâ illâ uiaq; difficilē teneamus: quæ nobis ad beatitudinē patefacta ē. Summū igitur bonū qd̄ beatos facit nō pōt eē: nisi i ea religione atq; doctrina: cui spes immortalitatis adiūcte est.

Quod aīa sit immortalis: & quare diuina traditio logicam non desiderat aut philosophiam, sed ethicam solam: in qua docenda summi philosophi errauerunt. Et quare philosophia non sit dux uitæ & uirtutum parens: expultrix & ultrix uitiorum: quod tamen Cicero & alii astruere conatu sunt.

Ca. xlii.

Es exigere uidet hoc loco: ut qm̄ docuimus immortalitatem esse summum bonū id ipsum immortalem esse aīam cōprobemus. Qua de re ingens inter philosophos disceptatio est: nec quicq; tñ explicare aut pbare potuerunt hi: qui uerū sentiebant de aīa expertes huius diuinæ eruditōis: nec argumenta uera qbus uincerent attulerunt: nec testimonia qbus pbarent. Sed opportunius hanc quaestionem tractabimus in ultimo libro: cū de uita beata nobis erit differendū. Superest illa pars tertia philosophiæ: quā uocant logicā, i. rationalem: in qua tota dialectica & oīs loquendi ratio continetur. Hanc diuina eruditio nō desiderat: qā non in lingua sed in corde sapientia est: ne interest quali utatur sermone. Res. n. non uerba querunt. Et nos non de grāmatico aut oratore: quorum scientia est quō loqui deceat. Sed de sapiēte disse rēus: cuius doctrina est quō uiuere oporteat. Quod si neq; physica illa ratio necessaria est neq; hæc logica quia beatos facere non possunt: restat ut in sola ethica totius philosophiæ uis contineatur: ad quam se abiectis oibus Socrates contulisse dicitur: In qua etiam parte quoniam philosophos errare docuit: q summum bonum cuius capie udi gratia generati sunt: non cōprehenderunt appareat falsam & inanem esse philosophiam: quia nec instruit ad iustitiæ munera: nec officium hoīs rationemq; confirmat. Sciant igitur errare se: qui philosophiam putant esse sapiam: non trahantur auctoritate cuiusq; sed ueritati potius: & accedant. Nullus hic temeritati locus est: in æternū stultitiæ pena lubeunda est: si aut persona inanis aut opinio falsa decaperit. Homo aut̄ qualiscūq; est: si sibi credit: hoc est si homini credit: ut nō dicā stultus: q suum nō uideat errorem. Crete arrogans est: q sibi audeat uendicare: quod humana conditio non recipit. Ille ipse Romanæ linguæ summus auctor q̄tum fallatur: licet ex illa scientia puidere: q cum in libris officiorū philosophiam nihil esse dixisset: q̄ studium sapientiæ: psam aut̄ sapientiam rerū diuinarū & humanarum sciam. Tū adiecit cuius studium qui uituperat: haud sane intelligo quidnam sit qd̄ laudandum putet. Nam si oblectatio queritur aī: requiesq; curarū: quæ conferri cū eorum studiis possunt: qui semp̄ aliquid inquirunt: quod spectet & ualeat abene beateq; uiuendū. Si uero rō cōstantiæ uirtutisq; ducit: aut hæc ars est: aut nulla oīo per quam eas assequamur. Nullā dicere maximarū rerū artem esse: cum minimarū sine arte nulla sit: hoīum est parū considerare loquentiū: atq; in maximis rebus errantiū. Si aut̄ est alia disciplina uirtutis: ubi ea queretur: cum ab isto genere discendi discesseris: Equidem tametsi operam dederim: ut quantulacūq; dicendi assequer faculratem pp̄ studium dicendi: tamen eloquens nunq; fui: Quippe qui forum ne attigerim quidē: sed necesse est ipsa me faciat esse bonitas eloquentē: ad quā diferte copioseq; delendendam scientia diuinitatis & ipsa ueritas sufficit. Vellē igitur Cicronē paulisp̄ ab iheris surgere: ut uir eloquentissimus ab homunculo nō diserto doceret. Primū quidnā sit qd̄ laudandū putet: qui uitupat id studiū: qd̄ uocat philosophia. Deniq; neq; illā esse artem

Socrates

DIVINARVM INSTITVTIONVM.

qua uirtus & iustitia discatur: nec aliam ullam sicut putauit. Postremo qm̄ est uis. da. i. disciplina ubi quaerenda sit sit: cum ab illo discendi genere discesseris. quod ille non audiendi discendiq; gratia quaerebat. A quo. n. posset audire. cū sciret id nemo: Sed ut in causis facere solebat: interrogatione uoluit urgere: ad confessionemq; deducere: tanq̄ confidetet responderi prorsus nihil posse: quominus philosophia eēt magistra uirtutis. Q d' qdem in tusculanis disputationibus aperte professus est: ad eam ipsam cōuersa oratiōe tanq̄ se declamatorio dicendi genere iactaret. O uita philosophia dux inquit: o uirtutis indagatrix: epulatrixq; uitiorū qd nō mō nos: sed oīno uita hoīum sine te esse potuisset. Tu inuentrix legu u tu magistra morum ac disciplinā fuisisti. Quali uero aliquid p se ipsa sentiret: ac non potius ille laudā dus esset qui eam tribuit. Potuit eodem modo gratias agere cibo & potui: quia sine his rebus uita constare non possit in quibus ut sensus ita beneficii nihil est. At qui ut illa corporis alimenta sunt: sic animā sapientia:

Quod Lucretius & alii errauerunt opinati sapientiam inuentā esse ab boie: & nec datam hominibus a creatore: Et quō Cicero suis uerbis conuincitur: & q; philosophia nec uerum docet: nec ad recte uiuendum instruit. Ca. xiiii.

Lucreti<sup>9</sup>

Ectius itaq; Lucretius cū eum laudat qui sapientiam primus inuenit. Sed hoc inepte: q; ab homine inuentam putauit. Quali uero illam alicubi iacentē homo ille: quem laudabat inuenit: tanq̄ tibias ad fontem (ut poetae aiunt) q; si repertorem sapientiae ut deum laudauit. Ita enim dicit.

Neuo (ut opinor) erit mortali corpore cretus.

Nam sicut ipsa petit maiestas cognita rerum.

Dicendū est: deus ille fuit: deus in clyte Memmi:

Tñ nō erit si laudā dus deus: q; sapiam inuenit: sed q; hoīem fecerit: qui posset capere sapiam. Minuit. n. laudem qui partem laudat ex toto. Sed ille ut hoīem laudauit: qui tamen ob id ipsum deberet pro deo haberi: q; sape inuenit: nā sic ait. Nōne decebit. Hūc hoīem diuū nūero dignari esse. Vnde apparet Pythagorā uoluisse laudare q se prim<sup>9</sup> (ut dixi) philosophum noīauit: aut Milesium Talem: qui de rerum natura prim<sup>9</sup> traditur disputaſse. Sed dum hoīem quaerit extollere: rem ipsam depressit. Non est. n. magna: si ab homine potuit inueniri. Verum pōt ut poetae dari uenia. At ille idem pfectus orator: summusq; philosophus: ne graecos reprehendā: quorū leuitatem semp accusat & tñ sequitur ipsam sapientiam: quā alias donū: alias inuentū deorū uocat poeticā figuratā laudat in faciem. Grauitet ēt quaeritur extitisse aliquos: q eā uituperaret. Quisq; ne inquit uituperare uitae parētem. & hoc paricidio se inquinare audeat: & tā ipie ingratuſ esse: Nos ne ergo. M. Tullii paricidā sumus: & insuēdi te iudice in culleū: q philosophiam negamus parentem esse uitae. An tu qui aduersus deum tam impie ingratuſ es Non hunc cuius effigiem ueneraris in capitolio se dentem: sed illum qui mundum fecit hominemq; figurauit: qui sapientiam quoq; ipsam intet caetera caelestia beneficia largitus est. Magistram tu uirtutis aut parentem uitae uocas ad quam si quis accesserit. multo sit incertius necesse est: q̄ prius fuerit? Cuius enim uirtutis: quae ipa ubi sit: ad huc philosophi non expediunt cuius uitae: cum ipsi doctores ante fuerint senectute ac morte confecti q̄ constituerint. quomodo uiui deceat. cuius ueritatis indagatricem p fiteri potes: qui saepe testaris: cum tanta multitudo fuerit philosophorū: sapientē tñ extitisse adhuc neminem. Quid ergo te magistra illa uitae docuit? An ut potentissimū consulem maledictis incesseres: eumq; hostem patriae uenenatis orationibus faceres? Sed omittamus illa quae possunt excusari fortunae nomine: Studuisti nemp̄ philosophia:

& quidem sic: ut nullus unquam diligentius: quippe qui omnes cognoueris disciplinas: sicut  
 pise gloriari soles: eamque ipsam latinis litteris illustraueris: imitatoremq; Platonis ostē  
 deris. Cedo igitur quod didiceris: aut in qua secta ueritatē deprehenderis. In acadēmia  
 scilicet quā secutus es: quā pbasti: at hæc nihil docet: nisi ut scias te nihil scire. Tui ergo te  
 libri arguunt: quod nihil a philosophia disci possit ad uitā. Hæc tua uerba sunt. Mibi autē  
 nō modo ad sapiam cæci uidemur: sed ad ea ipsa quæ aliqua ex cerni preuideantur hebetes  
 & obtusi. Si ergo philosophia est magistra uitæ: cur tibi cæcus & hebes & obtusus ui-  
 debare: quem oportuit illa docentem & sentire & sapere: & in clarissima luce uersari? At  
 quā confusus fueris philosophiæ ueritatē: docent ad filiū composita præcepta: quibus  
 moēs philosophiæ quod præcepta noscenda: uiuendum autē esse ciuilitate. Quid tam repu-  
 gnans dici potest? Si noscenda sunt præcepta philosophiæ: ideo utique noscenda sunt ut re-  
 cte sapienterque uiuamus. Vel si ciuilitate uiuendū est: nō est igitur philosophia sapia: si-  
 dem melius est ciuilitate quam philosophice uiuere. Nam si sapientia est quæ dicitur philo-  
 sophia: stulte pfecto uiuit quod non secundū philosophiam uiuit. Si autē non stulte uiuit: quod  
 ciuilitate uiuit: legitur ut stulte uiuat quod philosophice uiuit. Tuo itaque iudicio philosophia  
 stultitiæ inanitatisc; dānata est. Idē in consolatione. i. in opere non inoculari. Hanc de phi-  
 losophia sniam tulisti. Sed nescio quomodo nos teneat error: aut miserabilis ignoratio uiri. Vbi  
 est ergo philosophiæ ministeriū: aut quid te docuit illa uiræ parens si uerū miserabili-  
 ter ignoras? Quod si hæc erroris ignorationisc; cōfessio: pene inuito tibi ab intimo pecto-  
 re expressa est: cur non tibi aliquando uerū fat earis: philosophiā: quā tu nihil docentē in ca-  
 lum laudibus extulisti: magistrā uirtutis esse non posse?

Quod in eodem errore fuit Seneca: & quid philosophia secundū ipsum. Et quod sicut  
 deus unus & ueritas una: ita una est & simplex sapientia. Et quomodo philosophorum oratio  
 pugnet cum uita.

Ca. xv.

Odē doctus errore Seneca: quis. n. uerā uiam teneret errante Cicerone? Phi-  
 e losophia inquit nihil aliud est quam recta uiuendi rō: uel honeste uiuendi scia. uel  
 ars rectæ uitæ agēda. Nō errabimus si dixerimus philosophiā esse legē bene  
 honesteque uiuendi. Et qui dixerit illā regulā uitæ: suū illi reddidit. Hic plāe nō respexit ad  
 cōe philosophiæ nomen: quæ cū sit in pluri sectas disciplinasque diffusa nihilque hēat cer-  
 ti: nihil denique de quo uniuersi una mente ac uoce consentiant: quid potest esse tam falsum  
 quam regulā uitæ philosophiā uocari. in qua diuersitas præceptorū rectū iter impedit & tur-  
 bet: aut legē bene uiuendi cuius capta lōge dissonant: aut sciam uitæ agēda: in qua ni-  
 hil aliud efficit cōtraria sæpe dicēdo: quam ut nemo quicquam sciat: quæ rō. n. utiū ne acadēmiā  
 philosophiā putet esse an non? Negaturū non arbitror. quod si est: nihil ergo illorū cadit  
 in philosophiā: quæ ut oia reddat certa: legē abrogat: artē nullā putat: rōnē subuertit: re-  
 gulam deprauat sciam funditus tollit. Falsa igitur illa oia: quæ in rem semp incertā & ad-  
 huc nihil explicantem cadere non possunt. Nulla itaque rō uel scia uel lex bene uiuendi:  
 nisi in hanc unica & uera & cælesti sapientia constituta est: quæ philosophis fuerit igno-  
 ra. Nam illa terrena quā fallax est: sit uaria: & multiplex: sibi que tota contraria est: & si-  
 cut unus est huius mundi constitutor & rector deus una ueritas: ita unā eē ac simplicē  
 sapiam necesse ē: quæ quicquid ē uerū ac bonū: id pfectū esse non potest: nisi fuerit singulare.  
 Quod si philosophia uitā posset instruere: nulli alii nisi philosophi eēnt boni. Et quæ eam  
 non didicissent: essent omnes semp mali. Cum innumerabiles existant: & semper extiterint  
 qui sint aut fuerint: sine ulla doctrina boni. Ex philosophis autem perraro fuerit: qui  
 aliquid in uita fecerit laude dignum: quis est tandem: qui non uideat eos homines uir-

Erratum  
primum

Barthol.

DIVINARVM INSTITVTIONVM

tutis; q̄ ipsi egent; nō esse doctores: Nā siqs mores eorū diligenter inquirat: inueniet in a-  
cundos; cupidos; libidinosos; arrogantes; proteruos; & sub obtentu sapientiæ sua uitia  
cælantes; domi facientes ea: quæ in scolis arguissent. Fortasse mentior accusandi gratia  
nonne id ipsum Tullius & fatetur & quæritur: Quotus in q̄sq; philosophorū inuenit;  
q̄ sit ita moratus; ta aīo & uita constitutus; ut rō postulat; q̄ disciplinā ueram non osten-  
tationā scientiæ; sed legē uitæ putet; qui obtempet ipse sibi & decretis pariat suis: Vide  
re aut licet alios tanta leuitate & iactatione ut his fuerit non didicisse melius; alios pecu-  
niæ cupidos; alios gloriæ; multos libidinum seruos; ut cū eorū uita & uitis mirabiliter

Cornelius  
auctor

puget oratio. Neposq; Cornelius ad eūdē Ciceronē ita scribit. Tantū abest ut ego ma-  
gistrā esse putē uitæ philosophiā; beatāq; uitæ p̄fēctricē; ut nullus magis existimem  
opus esse magistros uiuendī q̄ plerisq; qui in ea disputanda uersantur. Video. n. magnā

Seneca

libidinū cupiditatibus uiuere. Itē Seneca i exorrationibus. Pleriq; inquit philosophorū  
tales sunt disertī in conuiciū suū; quos si audias i auaritiā; in libidinē i ambitionem pero-  
rantes; in iudiciū suū putes p̄fessos. Adeo redundant ad ipsos maledicta in publicū mis-  
sa; quos nos nō aliter Intueri decet; q̄ medicos; quorū tituli remedia habent pyxides ue-  
nena. Quosdā uero nec pudor uitiorū tenet; sed patrociniā turpitudinī suæ fingunt; ut  
ēt honeste peccare uideantur. Faciet inquit sapiens idem Seneca ēt quæ non probabit;  
ut ēt ad maiora transitum inueniat; nec relinquet bonos mores; sed tempori aptabit; ut  
quibus alii utuntur in gloriā aut uoluptatem; utatur agenda rei causa. Deinde paulo-  
post. Oīa quæ luxuriosi faciunt; quæq; impiti; faciet & sapiēs; sed nō eodē mō eodēq; p̄-  
posito. Atqui nihil interest quo aīo facias; quod fecisse uitiosum est; quia facta cernun-  
tur; aius non uidetur. Aristippo Cyrenaicorū magistro cum Laide nobili scorto fuit cō-

Aristip⁹

suetudo; qd' flagitiū grauis ille philosophiæ doctor sic defendebat; ut diceret multum i-  
ter se & cæteros Laidis amato res interesse; q; ipse haberet Laidem; alii uero a Laide ha-  
berentur. O præclara & imitanda bonis sapia. Huic uero liberos in disciplinam dares;  
ut discerent habere meretricē. Aliqd' inter se ac p̄ditos interesse dicebat. f. q; illi bona sua  
p̄derent. Ipsi gratis luxuriaretur. In quo tñ sapientior meretrix; quæ sic philosophū ha-  
buit pro lenone; ut ad se oīs iuuentus doctoris exemplo & auctoritate concurreret cor-  
rupta sine ullo pudore. Quid ergo interfuit; quo aīo philosophus ad meretricem famo-  
sissimam cōmearet; cū eū populus & riuales sui uiderent oibus p̄ditis nequiores. Nec  
satis fuit ita uiuere; sed docere ēt libidines cepit; ac mores; suos de lupanari ad scholam  
transulit; differens uoluptatem corpis esse summum bonum. Quæ doctrina execra-  
bilis & pudenda; non in corde philosophi; sed in sinu meretricis est nata. Nam quid er-  
go de Cynicis loquar; quibus in propatulo coire cū coniugibus mos fuit; quid mirū si a  
canibus (quorum uitam imitantur) ēt uocabulum nomenq; traxerunt? Nullum igit  
in hac disciplina magisteriū uirtutis est; cum ēt illi qui honestiora præcipiunt; aut faciūt  
ipsi quæ suadent; aut si faciunt; quod raro accidit non disciplina eos ad rectū; sed natu-  
ra p̄ducat; quæ sapius ēt indoctos impellit ad laudem.

Quod recte docentes & male uiuentes teste Cicerōe nō utilitatē ex philosophia; sed  
inanem percipiunt delectationem. Et q; sapia seipsam semp exercet in bonis actibus.  
Et quare non philosophiæ sed sapiæ iugiter insistendum sit.

Erunt. n. cū se p̄petuæ desidiæ tradant; nullamq; uirtutem capeffant; & oēm  
u suam uitam nihil aliud q̄ in eloquentia peragāt; quid aliud q̄ inertes putari de-  
bent? Sapiētia at nisi in aliquo actu fuerit; quouim suā exerceat; inanis & fal-

sa est. Recteque Tullius civiles viros qui res gubernant: qui urbes aut novas constituunt  
 aut constitutas aequitate tueantur: qui salutem liberarumque civium vel bonis legibus vel salu-  
 bribus consiliis: vel iudiciis gravibus conservant: philosophiae doctoribus praefert. Bonos  
 .n. facere oportet potiusque inclusos in angulis faciendae praecipere: quam ne ipsi quidem faciunt  
 qui loquuntur: & quam se a veris actibus removerunt: apparet eos exercendae linguae  
 causa: aduocandi gratia artem ipsam philosophiae reperisse. Qui autem docent tantum  
 nec faciunt ipsi praecipitis suis detrahunt pondus. Quis .n. obtemperet cum ipsi praecipto-  
 res doceant non obtemperare: Bonum est autem recta & honesta praecipere: sed nisi & facias: me-  
 dicium est: & incongruens atque ineptum non in pectore: sed in labiis habere bonitatem. Non ergo  
 utilitatem ex philosophia: sed oblectationem petunt. Quod quidem Cicero testatus est: pfecto **Cicero**  
 niquit ois istorum disputatio quam uberrimos fontes uirtutis & scientiae contineat: tamen **auctor**  
 collata cum horum actis pfectisque rebus: uereor ne non tamen uideatur attulisse negociis homi-  
 num quantam oblectationem otii. Vereri quidem non debuit: cum uerum diceret: sed quasi ti-  
 meret ne periti mysterii reus a philosophis citaretur. Non est ausus confidenter pronunciare:  
 quod fuit uerum: illos non ideo disputare ut doceant: sed ut oblectent in otio: qui quoniam au-  
 ctiores sunt uerum gerendarum: nec ipsi quocumque gerunt: proloquacibus sunt habendi. Sed pfe-  
 cto nihil quia boni ad uitam afferebant: nec ipsi decretis suis obtemperauerunt: nec quisquam  
 pro tot saecula inueniendus est: quod eorum legibus uiueret. Abiit igitur ois philosophia  
 quia non studendum sapientiae: quod sine ac modo careat: sed sapiendum est & quidem ma-  
 ture. Non .n. nobis altera uita conceditur: ut cum quaeramus in hac sapientiam: in illa sape  
 possimus: in hac utrumque fieri necesse est. Cito inueniri debet: ut cito suscipi possit: ne quod  
 pereat ex uita: cuius finis incertus est. Ciceronis Hortensius contra philosophiam disse-  
 rens: circumuenitur arguta conclusione: qui cum diceret philosophandum non esse nihil **Hortensius**  
 ominus philosophari uidebatur: quoniam philosophi est quid in uita faciendum uel non  
 faciendum sit disputare. Nos ab hac calumnia immunes ac liberi sumus: qui philosophiam  
 tollimus quia humanae cogitationis inuentio est. Sapientiam defendimus: quia diuina  
 traditio est. Eamque ab omnibus suscipi oportere testamur. Ille cum philosophiam tolle-  
 ret: nec melius aliquid afferet: sapientiam tollere putabatur: eoque facilius de sapientia pul-  
 sus est: quia constat hominem non ad stultitiam: sed ad sapientiam nasci. Praeterea illud quoque  
 argumetum contra philosophiam ualet plurimum: quo ideo est usus Hortensius: ex eo posse in-  
 telligi philosophiam non esse sapientiam: quod principium & origo eius appareat. Quod non inquit phi-  
 losophi esse coeperunt. Thales (ut opinor) prius: recens hanc quidem aetatem. Vbi ergo apud an-  
 tiquiores latuit amor iste inuestigandae ueritatis. Idem Lucretius ait. **Thales**  
 Denique natura haec rerum: ratioque repta est. **Lucretius**  
 Nunc: & hac primum cum primis ipse reptus. **auctor**  
 Nunc ego sum in patrias: qui possum uertere uoces. Et Seneca: Nondum sunt inquit **Seneca**  
 mille anni: ex quo initia sapientiae mota sunt. Multis ergo saeculis humanum genus si- **auctor**  
 ne ratione uixit. Quod irridens Persius: Postquam inquit sapere urbi Cum pipere & **Persius**  
 palmis uenit. Tanquam sapientia cum saporis mercibus fuerit inuecta: quae si secundum **auctor**  
 hominis naturam est: cum homine esse coeperit necesse est. Si uero non est: nec capere  
 quidem illam posset humana natura. Sed quia recipit: igitur a principio fuisse necesse est: er-  
 go philosophia non a principio fuit. non est eadem uera sapientia: sed uidelicet Graeci qui  
 ad sacras ueritatis litteras non attigerant: quemadmodum deprauata esset sapientiam  
 nesciuerunt. Et ideo cum uacare sapientia humanam uitam putarent philosophiam con-  
 menti sunt: id est latentem atque ignotam sibi ueritatem differendo eruere uoluerunt: quae

DIVINARVM INSTITVTIONVM

studium per ignorantiam veri sapiam putauerunt.

Quæ fuit ipsa doctrina Epicuri quæ moribus omnium appositissima loquebatur Et quomodo Leucippum & democritum habuerit auctores erroris & fabros at hominum & assertores uoluptatis. Ca. xvii.

Ixi de philosophia ipsa quæ breuiter potuimus ad philosophos uenimus; non ut cum eisdem certemus quod stare non possunt: sed ut eos fugientes atque deiectos nostro capto insequamur. Epicuri disciplina multo celebrior semper fuit quam ceterorum non quia ueri aliquid afferat. Sed quia multos ad populare nomen uoluptatis inuitat. Nemo enim non inuita prius est. Præterea ut ad se multitudinem contrahat: apposita singulis quibusque moribus loquitur. Desidiosum uerat litteras discere: auarum populari largitione liberat: ignatum prohibet accedere ad rem publicam. pigrum exercere: timidum militare. Irreligiosus audit deos nihil curare: inhumanus & suis commodis seruientibus iubet nihil cuique tribuere. Oia enim sua curare facere sapientem: fugienti turba solitudo laudatur. Qui nimium parcus est: discit aqua & polenta uitam posse tollerari. Qui odit uxorem: huic enumerantur calibatus bona. Habentem malos liberos: orbitas prædicatur. Aduersus ipsos parentes nullum esse uinculum naturæ impatienti ac delicato dolorem esse oium malorum maximum dicitur: forti est in tormentis beatam esse sapientem. Qui claritari ac potestati studet huic præcipitur reges colere. Qui molestiam ferre non potest: huic regiã fugere Ira hominum astutus ex uariis diuersisque modis circulum cogit: & dum studet placere oibus: maiore discordia secum ipse pugnat: quæ inter se uniuersi. Vnde autem disciplina eius tota descendat: quæ originem habeat: explicandum est. Videbat Epicurus bonis aduersa sepe accidere: paupertatem: labores: exilia. carorum amissiones malos contra beatos esse: augeri potestatem: honoribus affici uidebat innocentiam minus tutam: scelera impune committi: uideat sine delectu morum: sine ordine ac discrimine annorum scire re mortem: sed alios ad senectutem peruenire alios: infantes rapi: alios iam robustos interire alios in primo adolescentiæ flore imaturis funeribus extinguere: in bellis potius meliores & uincere & perire. Maxime autem commouebat homines in primis religiosos grauioribus malis affici.

Epicurus

Lucretius auctor

His autem quæ aut deos oio negligenter: aut non pie colerent: uel miora incommoda euenire: uel nulla. Ipsa est templa fulminibus conflagrare. Quod Lucretius quærit cum dicit de deo. Cum fulmina mittat & ædes.

Ipse suas disturbet: & in deserta recedens. Scruiat exercens ætulum: quod sæpe nocentes præterit: exanimatque indignos inque merentes. Quod si uel exigua ueritatis auram colligere potuisset: nunquam diceret ædes illum suas disturbare: cum iouem disturbet: quia non sunt suæ.

Capitolium quod est romanæ urbis & religionis caput summum: non semel sed sæpe fulmine ictu conflauit. Hæc autem ingeniosi quod de hoc existimauerit ex dicto Ciceronis appetit: quod ait diuinitatem extitisse illam sciamus: non quæ terrestre illud domicilium iouis deleteret: sed quod sublimis magnificentiusque deprecaret. Quæ de re et in libris consulatus sui eadem dixit: quæ Lucretius: Nam patere altitonans stellanti nixus olympo

Ipse suas arces atque incluta templa petiuit: Et capitolinis iniecit sedibus ignes. Pertinaci ergo stultitia non modo uim maiestatemque ueri dei non intellexerunt: sed et impietatem sui erroris auxerunt: quæ templum caelesti iudicio sæpe damnatum restituere contra fas omni contenderint. Cum hæc igitur cogitaret Epicurus: earum rerum uelut iniquitate inductus. Sic enim eam rationemque ignoranti uidebat existimauit nullam esse prouidentiam. Quod cum sibi persuasisset: suscipit etiam descendendum: sic in errores inextricabiles se ipse inclusit. Si enim prouidentia nulla est: quomodo tam ordinate: tam disposite mundus effectus est? Nulla inquit dispositio est: multa enim facta sunt aliter quam fieri debuerunt. Et inuenit homo diuinus quæ

reprehenderet. Quæ singula si uacaret resellere: facile ostenderē nec sapientem hunc fuisse nec sanū. Itē si nulla puidētia est: quō aialium corpora tā puidēter ordinata sūt ut singula quæq; membra mirabili rōe disposita: sua officia cōseruēt: Nihil inqt i pcre andis animalibus puidētiæ rōe molita est. Nā neq; oculi facti sunt ad uidendum: neq; aures ad audiendū: neq; lingua ad loquendū neq; pes ad ambulandum: qm̄ prius hæc nata sunt q̄ esset loqui: audire: uidere: ambulare. Itaq; non hæc ad usum nata sunt: sed usus ex illis natus ē. Si nulla puidētia est cur hymbres cadunt: fruges oriuntur: arbuta frondescunt: Non inquit semper aiantium cā ista fiunt: qm̄ puidētiæ nihil profunt sed oīa sua spōte fieri necesse est. Vnde ergo nascunt: aut quō fiunt oīa: quæ geruntur? Non est inquit puidētiæ opus. Sunt. n. semina p inanē uolitantia: quibus inter se temere conglobatis uniuersa gignuntur atq; cōcrefcūt. Cur igitur illa illa non sentimus: aut nō cernimus? Quia nec colorē habent inqt nec calorē ullū nec odorē: saporis quoq; & humoris exptia sunt: & tā minuta: ut secari ac diuidi nequant. Sic eum quia in principio falsum susceperat: cōsequentiu rerū necessitas ad deliramenta perduxit. Vbi. n. sūt aut unde ista corpuscula? Cur illa nemo præter unū Leucippū somnauit? A quo Democritus eruditus hæreditatem stultitiæ reliquit Epicuro. Quæ si sint corpuscula & qdē solida (ut dicunt) sub oculos certe uenire possunt. Si eadē est natura oīum: quō res uarias efficiunt? Vario inqt ordine ac positione cōueniūt sicut litteræ: quæ cū sint pauca: uariarū tñ collocatæ innumerabilia uerba conficiunt. At litteræ uarias formas habent. Ita inquit & hæc ipsa promordia. Nam sunt aspa: sunt hamata: sunt leuia. Secari ergo & diuidi possunt: si aliquid inest illis qd' emineat. Si autē leuia sunt & humoris indgent coherere non possunt. Hamata igitur esse oportet: ut possint inuicem concatenari. Cū uero tam minuta esse dicantur: ut nulla ferri acie defici ualeant: quō hamos aut angulos habent? Quos quia extant: necesse ē posse diuelli. Deinde quo cōedere inter se: qua mente conueniunt: ut ex his aliquid constituatur: si sensu careāt: nec coire tam disposite possunt: quia non potest qcq; rationale perficere nisi rō. Quam multis coargui hæc uanitas potest: sed properat oratio. Hic est ille.

Qui genus humanū ingenio supauit: & oēs Extinxit stellas: exortus at æthereus sol: Quos eqdē uersus nunq̄ sine risu legere possum. Nō. n. de Socrate aut Platone saltem dicebat: q̄ uelut reges habent philosophorum. Sed de homine quo sano & uigente nullus ager ineptus delirauit. Itaq; poeta inanissimus leonis laudibus murē non ornauit: sed obruit & obtriuuit. At idem nos metu liberat mortis: de qua hæc ipsius uerba sūt expressa. Quando nos sumus: mors non est: quādo nos non sumus: mors est: Mors ergo nihil ad nos: q̄ argute nos fefellit. quasi uero trāfacta mors timeatur: quia iā sensus eripus est ac non ipsum mori quo sensus eripiē. Est igit tps aliqd' quo & nos iā nō sumus & mors tñ nondū est. Idq; ipsū uidet miserū esse. q̄ & mors eē incipit & nos esse desinimus. Nec frustra dictū est: mors misera nō ē. Aditus ad mortē ē miser: hoc ē morbo tabescere: ictū ppeti: ferrū corpore excipere: ardere igni: dētibus bestiarū laniari. Hæc sūt quæ timent: non qa mortē afferūt sed qa dolorem magnum. Quin potius effice ne dolor malū sit. Oīum inqt malorū maximū est. Quid ergo nō possū non timere si id quod mortem antecedit aut efficit malū est? Quid q; totū illud argumentum falsum est quia nō intereunt aīa? Vere inqt nā qd' cum corpore nascitur cum corpore intereat necesse est. Iā supius dixi differre hunc locum melius & operi ultimo reseruare ut hæc Epicuri persuasione sine illa Democriti siue Dicearchi sūt argumentis & diuinis testimoniis redarguā. Verum ille fortasse ipūitatem uitis suis spopōdit. Fuit. n. turpissimæ uolupta-

Democritus

Democritus  
 Epicurus  
 Socrates  
 Plato  
 Aristotle  
 Cicero  
 Seneca  
 Lucianus  
 Plutarchus  
 Diogenes  
 Crates  
 Antisthenes  
 Menippus  
 Lucius  
 Apuleius  
 Petronius  
 Silius  
 Valerius  
 Flaccus  
 Iuuenalis  
 Persius  
 Propertius  
 Ovidius  
 Virgilius  
 Horatius  
 Propertius  
 Ovidius  
 Virgilius  
 Horatius

DIVINARVM INSTITVTIONVM

tis assertor: cuius capiendæ cā nasci hoīem putauit. Quis cū hoc affirmari audiat: uitiis & sceleribus abstineat. Nā si pituræ sunt aiæ: appetamus diuitias ut cēs suauitates capere possimus. Quæ si nobis desunt: ab his qui hnt auferamus clā: dolo. u. Eo magis si humanas res nullus deus curat. qñcunq; spes ipunitatis auferit: rapimus: necemus. Sapiens est. n. malefacere: si & utile sit & tutum qm̄ si quis in caelo deus est: non irascitur cuiq;. Aeq; stulti & benefacere: qā sicut ira nō cōmouetur: ita nec gratia tangit. Voluptatibus igitur quoquo mō possumus: seruiamus. Breui. n. tpe nulli erim: us olo. Ergo nullū diē: nullū deniq; tps punctum f uere nobis sine uoluptate patiamur: ne quia ipsi qñq; perituri sumus: id ipsum qd' uiximus pereat. Hæc ille tamen nō dicit uerbo: re tñ ipsa docet. Nā cū disputat oīa sapientem sua cā facere ad utilitatē suā refert oīa q agit. Itaq; qui audit hæc flagitia: nec boni quicq; faciendum putabit: qm̄ benefacere ad utilitatem spectat alienā: uec a scelere abstinendū: quia maleficio præda coniuncta est. Archipyrata quisq; uel latronum ductor: si suos ad grassandū cohortet: quo alio sermone uti pōt: q̄ ut eadem dicat: quæ dicit Epicurus deos nihil curare: Non ira: nō grā tāgit: inferorū penas nō esse metuēdas: q; aiæ post mortē occidant: nec illi oīo sint inferi: uoluptatē esse maximū bonū: nullā esse humanā societate: sibi quēq; cōsulere: neminem esse q alterū diligat nisi sua cā. Mortē nō esse metuendā forti uiro nec ullū dolorē qn̄ est si torqueatur: si utatur: nihil se curare dicat: Est plane cur quisq; putent hanc uocem uiri esse sapientis: quæ pōt latronibus aptissime commodari.

Quomodo pythagoraci & stoici cōtrario epicureis errore desipiant sic animarum immortalitate uoluntates ut eas in uaria corpora transire mentiantur. Et uoluntariam mortem persuaferunt inaniter philosophantibus. Cap. xviii.

Lii autē cōtraria dixerūt superesse animas post mortē & hi sunt maxime pythagorici ac stoici: qbus & si ignoscēdū est: qā uerū sentiūt: nō possum tñ non reprehendere eos: q non scia sed casu inciderūt in ueritatē. Itaq; in eo ipso qd' re ete sentiebant: aliquid errauerunt. Nā cū timerent argumentū illud quo colligitur: necesse ut occidant aiæ cū corporibus quia cū corpibus nascunt dixerūt nō nasci aiās: sed insinuari potius in corpa: & de aliis i alia migrare corpa. Nō putauerūt aliter posse fieri ut sup sint aiæ post corpa: nisi uideātur fuisse ante corpa. Par igitur ac ppe similis error est partis utriusq;. Sed hæc in præterito falsa est: illa i futuro. Nemo. n. uidit qd' est uerissimū & nasci aiās & nō occidere: qā cur id fieret: aut quæ rō esset: hoies nescirēt. Multi ergo ex his q æternas esse aiās suspicabant: tanq̄ in calū migraturi essēt: sibi ipsis manus intulerūt: ut Cleāthes & Chrylippus: ut Zeno & Empedocles: q se i ardētis Aetnæ specū intempesta nocte deiecit: ut cū repente nō apparuisset abuisse ad deos crederet. ex Romanis Cato: q fuit in oī & sua uita Socratica uanitatis imitator. Nā Democritus in alia fuit psuasione. Sed tñ sponte sua laitho caput obuius chulit ipse quo nihil sceleratius fieri pōt. Nā si homicida nefarius est q hoīs extinctor est eidem sceleri obstrictus est q se necat qā hoīem necat. Immo uero maius eē id facinus existimādū est cuius ultio deo soli subiacet. Nā sicut in hāc uita nō nēstra sponte uenimus ita iustus ex hoc domicilio corporis qd' tuendū nobis assignatum est eiusdem iusu nobis recedendum est qui nos in hoc corpus induxit tā diu habituros donec iubeat emitti. Et si uis aliqua inferatur: qua mēte patiēdū est cum extincta sine centis aiā multa esse non possit habeamusq; iudicem magnum cui soli uindicta integra semper est. Homicidæ igitur illi oēs philosophi & ipse romāæ sapientiæ princeps Cato qui anteq se occideret plegisse Platonis librum dicitur: qui est scriptus de æternitate aiarum. Et ad sum. mum nefas philoso-

Cleāthes  
Chrylippus  
Zeno  
Empedocles  
Cato

LIBER TERTIVS

phi auctoritate cōpulsus est. Et hic tñ aliquā moriendī cām uidetur habuisse odium ser-  
 uitudinis. Quid Ambraciotēs ille: qui cū eundē librū plegisset se: præcipitē se dedit nullā  
 aliam ob causam: nisi q̄ Platoni credidit: Execrabilis p̄sus ac fugiēda doctrina: si abi-  
 git homines a uita. Quod si scisset Plato: atq; docuisset: a quo: & quō & q̄bus: & quā ob  
 facta: & quo tempore immortalitas tribuatur: nec Theombrotum impigisset in mor-  
 tem uoluntariā: nec Catonē: sed eos ad uitā & ad iustitiā potius erudisset. Nā Cato ui-  
 detur mihi causā quæsisse moriendī: nō tā ut Cæsare fugeret: q̄ ut stoicorū decretis ob-  
 temparet: quos sectabat: nomenq; suū grandi aliquo facinore clarificaret: cui quid ma-  
 li accidere potuerit: si uiueret non inuenio. Caius. n. Cæsar ut clamens erat: nihil aliud  
 efficere uolebat: etiam in ipso belli ciuilibus ardore: q̄ ut bene mereri de republica uideretur.  
 tur: duobus optimis ciuibus Cicerone & Catone seruatis. Sed redeamus ad eos q̄ mor-  
 tem pro bono laudant. De uita quæteris quasi uixeris: aut unq̄ tibi ratio constiterit: cur  
 oio sis natus. Nonne igitur tibi uerus ille & cōmunis oium pater terentianū illud iure i-  
 crepauerit. Prius discere quid sit uiuere: si displicebit uita: cum istoc utitor. Indignaris te  
 malis esse subiectū: quasi q̄c̄q̄ merearis bōis: q̄ p̄rem: q̄ dñm: q̄ regem tuū nescis: q̄ quis  
 clarissimā lucē intuearis oculis: mente tñ cæcus es: & in pfundis ignorantia tenebris sa-  
 ces. Quæ ignorantia effecit: ut quosdā dicere non puderet: iccirco nos esse natos: ut sce-  
 lerum pœnas lueremus: quo quid delirius dici possit nō inuenio. Vbi. n. uel quæ scele-  
 ra potuimus admittē: q̄ oio nō fuimus: Nisi forte credemus iēpto illi senī: q̄ se in priori  
 uita Euphorbiū fuisse mēritus est. Hic credo q̄ erat ignobili genere natus: familiā si-  
 bi ex Homeri carminibus adoptauit. Omī tā & singularē Pythagoræ memoriā. Omī  
 serā obliuionē nostrū oium: q̄ nesciamus qd ante fueris: sed fortasse nel errore aliquo  
 uel gratia sit effectū: ut ille solus lætheū gurgitē nō attigerit nec obliuionis aquā gusta-  
 uerit uidelicet senex uanus sicut ociosæ aniculæ solent fabulas tanq̄ infantibus credu-  
 lis finxit. Qd si bñ sensisset de his q̄bus hæc locutus est si hoies eos existiaisset nunq̄ sibi  
 tā petulanter mentiēdi licentia uēdicasset sed deridēda hoīs leuissimi uanitas. Quid Ci-  
 ceroni facimus q̄ eū in principio cōsolatōis suæ dixisset luendorū scelerū cū nasci hoīes  
 Iterauit id ipsum postea quasi obiurgās eū q̄ uitā non esse malis plenā putet. Recte er-  
 go pfatus est errore ac miserabili ueritatis ignorantia se teneri.

ambracio  
tes  
Caius  
Cæsar

Quod Cicero & alii sapientissimi immortalitatē aiarū sed infideliter docēt. Et q̄ mala  
 uel bona mors sit ponderanda ex antea cta uita & gratia dei. Ca. xix

T illi qui de mortis bono disputant quia nihil ueri sciunt sic argumentantur.  
 a si nihil est potest mortem non est malum mors. Aufert. n. sensum malī. Si aut  
 super sunt animæ etiam est bonum quia immortalitas sequitur. Quam sen-  
 tentiam Cicero de legibus sic explicauit. Gratulemurq; nobis quoniam mos aut lenio-  
 rem quam qui est in uita aut certe non deteriore est allatura statum. Nam sine corpo-  
 re animo uigente diuina est uita sensu carenti nihil profecto est malī. Argute ut sibi uide-  
 retur quasi nihil aliud esse possit. Atquin utrunque hoc falsum est. Docent enim diuinæ  
 litteræ non extingui animas sed aut pro iustitia præmio affici aut pœna pro sceleribus  
 sempiterna. Nec enim fas est aut eum qui sceleratus in uita sceleriter fuerit effugere  
 quod meretur aut eum qui ob iustitiā miserimus fuerit: sua mercede fraudari. Quod  
 adeo uerum est ut idem Tullius in consolatione non easdem sedes incolere iustos at-  
 que impios prædicauerit. Nec enim omnibus inquit idem illi sapientes arbitrati sunt  
 unde cursum in cælo patere: nam uitiis & sceleribus cōtaminatos deprimi in tenebras  
 atq; in cœno iacere docuerunt. Castos aut animos puros integros incorruptos bōis et

Cicero  
auctor

DIVINARVM INSTITVTIONVM

Studiis atq; artibus expolitos; leui quodā & facili lapsu ad deos: id est ad naturā sui simili  
 lem peruolare. Quae sententia superiori illo argumēto repugnat. Illud. n. sic assumptū  
 est: tanq̄ necesse sit oēm hoīem naturā immortalitate donari. Quod igitur erit discrimē  
 uirtutis ac sceleris: si nihil interest utrum ne Aristides sit aliquis an Phalaris: Vtrū Ca-  
 ro an Catilina? Sed hanc repugnantiam rerum soīamq; non sentit: nisi q̄ tenet ueritatē.  
 Si quis igitur nos roget: utrum ne mors sit bonum an malum respondebimus qualita-  
 tem eius ex uitae rōne pendere. Nā sicut uita ipsa bonū est si cū uirtute uiuatur: malum  
 si cum sceleris: ita & mors ex praeteritis uitae actibus ponderanda est. Ita fit ut si uita in  
 dei religione transacta sit: mors malum non est: quia trālatio sit ad immortalitatē. Si aliter  
 malū sit necesse est: quā (ut dixi) ad aeterna supplicia trāsmittit. Quid ergo dicem⁹: nisi  
 errare illos: qui aut mortem appetunt tanq̄ bonum: aut uitā fugiunt tanq̄ malum? Ni-  
 si q̄ sunt iniquissimis: qui potiora mala non cōpensant bonis pluribus. Nam cum oēm  
 uitam p̄ exquisitas & uarias traducāt uoluptates: mori cupiūt: siquid forte his amaritu-  
 dinis superueherit. Et sic hnt tanq̄ illis nunq̄ fuerit bene: si aliquando fuerit male. Dama-  
 nant igitur uitam oēm: plenāq; nihil aliud q̄ malis opinantur. Hinc nata est inepta illa  
 snia: hanc esse mortem: quā nos uitā puramus: illam uitam quam nos pro morte timea-  
 mus. Ita primū bonum esse nō nasci: secundū citius mori. Quae ut maioris sit auctori-  
 ratis: Sileno attribuitur. Cicero in cōsolatione. Nō nasci inq̄ longe optimū: nec in hos  
 scopulos incidere uitae. Proximum aut si natus sis: q̄ primū mori: tanq̄ ex incendio effu-  
 gere uiolentiam fortunae. Credidisse se illi uanissimo dicto: exinde apparet q̄ adiecit ali-  
 quid de suo ut ornaret. Quae igitur cui esse optimum putet non nasci: cū sit null⁹ oīo  
 qui sentiat? Nam ut bonum sit aliquid aut malum sensus efficit. Deinde cur oīum uitā  
 nihil aliud esse q̄ scopulos & incendium putauerit: quasi aut in nostra fuerit potestate  
 ne nasceremur: aut uitam nobis fortuna tribuat non deus: aut uiuendi ratio quicq̄ simi-  
 le incendio habere uideatur. Non dissimile Platonis illud est: quod aiebat se gratias age-  
 re naturae. Primum q̄ homo natus esset potiusq; mutum animal. Deinde q̄ mas potius  
 q̄ scem inaq; græcus q̄ barbarus. Postremo q̄ atheniensis non thebanus: & q̄ tempori-  
 bus Socratis. Dici non pōt quantam mentibus cæcitatē: quantosq; pariat errores igno-  
 ratio ueritatis. Ego plane cōtenderim: nunq̄ quicq̄ dictum esse in rebus humanis deliri-  
 us: quasi uero si aut barbarus: aut mulier: aut asinus deniq; natus esset: idem ipse Plato  
 non esset: ac nō illud ipsum qd' fuisset Sed Pythagorae uidelicet credidit: qui ut ueta-  
 ret homine animalibus uesci: dixit animas de corporibus in aliorum animalium corpora  
 commutare: qd' & uanū & impossibile est. Vanum quia necesse nō fuit ueteres aīas in  
 uia corpora inducere: cum idem artifex qui primas aliquā fecerat potuerit semp nouas fa-  
 cere. Impassibile quia recte rationis animatā immutare naturā status sui nō pōt q̄ ignis  
 aut deorsum niti aut in trāuersum fluminis modo flamā suā fondere. Existimauit ergo  
 hō sapiens fieri potuisse ut anima quae tunc erat in Platone in aliquod mutum animal inclu-  
 deretur essetq; humano sensu p̄dita ut intelligeret ac doleret incōgruenti se corpore one-  
 ratam. Quanto sanius faceret si gratias se agere diceret q̄ ingeniosus q̄ decilis natus  
 esset: q̄ in his opibus ut liberaliter erudiretur. Nā q̄ athenis natus est: qd' in eo beneficiū  
 fuit: An non plurimi extiterūt in aliis ciuitatibus excellenti ingenio atq; doctrina uiri: q̄  
 non meliores singuli q̄ oēs athenienses fuerunt? Quanta horum multa fuisse credam⁹  
 q̄ & Athenis nati: & temporibus Socratis: indocti tñ ac stulti fuerūt. Non. n. aut parie-  
 tes aut locus in quo quisq; ē effusus ex utero conciliat hoī sapientiam. Quid uero atti-  
 nuic Socratis se temporibus natum gloriari? Nū Socrates igenia discētib⁹ potuit dare

## LIBER TERTIVS

Nō uenit in mētē Platōni Alcibiadem quoq; & Critiā eiusdē Socratis assiduos audito-  
res fuisse: quorū alter hostis patriæ acerrimus fuit: alter crudelissimus oīum tyrānorū.

Quod Socrates in eo fuit cordatior cæteris: quia a scrutino cælestium & naturalium  
causis disputationem suspendit in quibus temere consumitur ingenium & tempus: sed &  
in multis desipuit: quorum subiiciuntur exempla.

Ca. xx.

Ideamus nūc quod in Socrate ipso tā magnū fuerit: ut hō sapiens merito grās  
ageret illis tēpibus esse senantum. Non inficior fuisse illū paulo cordatiorē: quā  
cæteros qui naturā rerū putauerunt ingenio posse cōprehēdi. In quo illos nō  
tām excordes fuisse arbitror. sed et̄ impios: quia in secretis illius cælestis pudentiæ curio-  
sus oculos uoluerunt immittere. Romæ et̄ in plerisque urbibus scimus esse quædā sacra  
quæ aspici a uiris nefas habetur. Abstinent igitur aspectu quibus illa contaminari non li-  
cet: & si forte uel errore uel casu quopiam uir aspexerit: primo pœna eius deinde insta-  
tione sacrificiū scelus expiatur. Quid his facias: quia inconcessa scrutari uolūt? Nimirū mol-  
to sceleratiorēs quæ arcana mundi & hoc cæleste templum prophanari impiis disputatōi-  
bus quærunt: quā qui ædem Vestæ aut bonæ deæ: aut cæreris intrauerit. Quæ penetra-  
lia quibus adire uiris non liceat: tām a uiris fabricata sunt. Hi uero non tām impietatis crimē  
effugiunt: sed quod est multo indignius: eloquentiæ famā aut ingenii gloriā consequū-  
tur. Quid si aliquid inuestigare possent? Sunt. n. tā stulti in asseuerando: quā improbi in  
quærando: cū neque inuenire quicquid possint: nec defendere: et̄ si inuenerint. Nā si uerū uel  
fortuito uiderint quod sapius cōtingit: cōmittunt ut ab aliis id p̄ falso refellat. Nō. n. de-  
scēdit aliquis de cælo qui sniam singulorum opīonibus ferat. quapropter nemo dubita-  
uerit eos qui ista conquirant: stultos ineptos: insanos esse. Aliquid ergo Socrates habu-  
it cordis humani: quia cū itelligeret hæc nō posse inueniri: ab eiusmodi quæstionibus se re-  
mouit. Vereorque: ne in eo solo: multa. n. sunt eius nō mō laude indigna: sed et̄ reprehē-  
sione dignissima: in quibus suis suorū simillimus. Ex his unū eilgam: quod ab oīibus sit p̄ba-  
tum celebre: hoc puerbiū Socrates habuit. Quod supra nos nihil ad nos. Procumba-  
mus igitur i terrā: & manus nobis ad præclara opa datas cōuertamus in pedes. Nihil ad  
nos cælū: ad cuius cōtemplatōem sumus excitati nihil denique lux ipsa ptineat. Certe ui-  
ctus nostri cælū de cælo est: quod si hoc sensit: nō esse de rebus cælestibus disputandū ne il-  
lorum quædam rōnem poterat cōprehendere: quæ sub pedibus habebat. Quid ergo: nū-  
errauit i uerbis? Verisimile nō est: sed nimirū id sensit: quod locutus est religioni minie  
seruiendū. Quod si apte diceret: nemo pateret. Quis. n. nō sentiat hunc mūdū tam mira-  
bili rōe p̄fectū: aliqua pudentia gubernari? Quandoquidem nihil est quod possit sine ullo  
moderatore consistere. Si dō mus ad habitatore deserta dilabitur. Nauis sine guberna-  
tore abire pessū. Et corpus relictū ab aīa destituit: ne dū putemus tātā illā molē: aut con-  
strui sine artifice: aut stare sine rēctore tandiu potuisse. Quod si publicas illas religiōes uo-  
luit euertere: nō improbo: quoniam et̄ laudabo: si ipse quod est melius inuenit. Verū idē p̄ canē &  
anserē deierabat. O hōiem scurrā (ut ait zeno epicureus) ineptū: p̄ditū desertum: si cauil-  
lari uoluit religiōem dementē. Si hoc serio fecit: ut aīal turpissimum pro deo haberet.  
Quis iā superstitiones ægyptiorū audeat reprehendere: quas Socrates Athenis auctori-  
tate cōfirmauit sua? Illud uero nonne summæ uanitatis: quia ante mortē familiares suos  
rogauit: ut Aesculapio gallum quem uouerat: p̄ se sacrarent? Timuit uidelicet ne apud  
Rhada mantum receptorem uoti reus fieret ab æsculapio. Dementissimum hominem  
putarem: si morbo affectus perisset. Cum uero hoc sanus fecerit: est ipse insanus: qui  
eum putet esse sapientem. En cuius tēpibus natum esse se homo sapiens gratuletur.

g

809

DIVINARVM INSTITVTIONVM

Q d' Plato didicerit a Socrate ea: q̄ si obtineret hūani generis p̄iret societas. Cap. xxi.

Ideamus tñ quid illum Socrates docuerit: q̄ cū totam physicā repudiasset: eo

u se cōtulit: ut de uirtute atq; officio quæreret: Itaq; non dubito quin auditores suos iustitiæ præceptis eruderit. Docēte igitur Socrate nō fugit Platonē iusti-

Socrates tix uim in æqtate cōsistere. Siqdem oēs pari cōdirione nascūtur. Ergo inqt nihil priua-  
Plato tiæ proprii habeant: sed ut pares esse possint: qd' iustitiæ rō desiderat: oia in cōe possi-  
Erratum deant. Ferri hoc potest: q̄ diu de pecunia dici uidetur. Q d' ipsum q̄ impossibile sit & q̄ in  
primum iustum: poterā multis rōibus ostendere. Concedamus tamen ut possit fieri. Oēs. n. sa-  
pientes erunt: & pecuniā contemnet. Quo ergo illū cōmunitas ista pduxit: Matrimo-  
nia quoq; inquit cōmunita esse debebunt. s. ut ad eandem mulierem multi uiri tanq̄

Erratum expectent ut uicibus tanq̄ lupanar habeant. O mirā Platonis æquitatem. Vbi est igitur  
secūdum tur uirtus castitatis: ubi fides coniugalis: quæ si tollas: ois iustitia sublata est: at idē di-  
xit beatas ciuitates futuras fuisse si aut philosophi regnarent: aut reges philosopharēt  
Huic ergo tam iusto: tam æquo uiro regnum daret: qui aliis sustulisset sua: aliis cōdo-  
nasset aliena: pstituisset pudicitia mulierum: quæ nullus unq̄ non mō rex: sed ne tyran-  
nus quidem fecit: quam uero intalit rationem pessimi huius consilii: sic inbuit. Ciuitas

Erratum concors erit: & mutui amores constructa uinculis: si oēs omnium fuerit & mariti & pa-  
ternum tres: & uxores: & liberi: quæ ista confusio generis humani est: Q uo seruari potest cari-  
tertium tas: ubi nihil est certū: quod ametur: quis aut uir mulierem: aut mulier uirū diliget: ni-  
si si habitauerint semper una: nisi deuota mens & seruata inuicem fides indiuiduā fecerit  
caritatem: quæ uirtus in illa promiscua uoluptate locum non habet: Item si oēs oim  
liberi fuerint: quis amare liberostanq̄ suos poterit: cum suos esse aut ignoret: aut doli-  
ret: quis honorem tanq̄ patri deferet: cum unde natus sit nesciat: Ex quo fit: ut non tñ  
alienum pro patre habeat: sed etiam patre pro alieno: quid q. uxor potest esse cōis: fili-  
uero non potest: quem concipi non nisi ex uno necesse est. Perit ergo illi unī cōmuni-  
tas ipsa reclamante natura. Superest ut tantummodo concordix causa uxores uelint esse  
cōes. Vt nulla uehementior discordiarum est causa: q̄ unius scēminæ a multis maribus  
appetitio. In quo Plato si ratione non poterat: exemplis certe potuit admoneri & muto-  
ram aialium quæ ob hoc uel acerrime pugnant: & hominum qui semper ob eam rem  
grauissima inter se bella gesserunt.

Q od dogma Platonis non erat nisi criminis fons & fomes: & uirtutem omnium  
exterminium. Ca. xxii.

Estat ut cōmunitio ista nihil aliud habeat præter adulteria & libidines pro-  
r pter quas funditus euertendas est uirtus uel maxime necessaria. Itaq; nō iue-  
nit concordia quam quærebat: q̄ non uidebat unde oriatur. Nam iustitia in  
extra positis nihil momenti habet: nec in corpe quidem sed tota in hois mente uersatur  
ui ergo uult hoies adæquare: non matrimonia: non opes subtrahere debet: sed arro-  
gantiam: supbiam: tumorem: ut illi potentes & elati pares esse se etiam mendacissimis  
sciant. Detracta. n. diuitibus insolentia & iniquitate: nihil intererit utrum ne alii diuites:  
alii pauperes sint: cum animi pares sint: quod efficere nulla alias res præter religiōem  
dei pōt. P̄uauit igitur se iuenisse iustitiam: cum eam prorsus euerteret: quia non rerum  
fragilium: sed mentium debet esse cōmunitas. Nam si iustitia uirtutum oim est na-  
ter cum illæ singulæ tolluntur: ipsa subuertitur. Tulit aut Plato ante omnia fragilita-  
tem: quæ utiq; nulla est: ubi proprii nihil habetur: Tulit abstinentiam: siqdem nihil fu-

## LIBER TERTIVS

erit quo abstinence alienū. Tulit temperantiā: tulit castitatē: quæ uirtutes i utroq; sexu maxime sunt. Tulit uerecūdiā: pudorē & modestiā: si honesta & legitima esse incipiūt quæ solent flagitiola & turpia iudicari. Sic uirtutē cū uult oibus dare: oibus ademit. Nā rerū pprietas: & uitiorū: & uirtutū materiā continet. Communitas at̄ nihil aliud q̄ uitiorū licentiam. Nā uiri qui multas mulieres habent: nihil aliud dici possunt: q̄ luxuriosi ac nepotes. Itē mulieres quæ a multis habentur nō utiq; adulteræ: quæ certū m̄rimoniū nullū est: sed p̄stitutæ ac meretrices sunt necesse ē. Redegit ergo humanā uitā ad similitudinē nō dico mutorū sed pecudū ac bæluarū. Nam uolucres pene oēs faciūt matrimonia: & paria iungūtur: & nidos suos tanq; genital es toros cōcordi mente defēdunt: & foetus suos quæ certi sunt: amant: & si alienos obieceris abigūt. At hō sapiens cōtra morē hoīum: cōtraq; naturā stultiora sibi quæ sequeretur: elegit. Et qm̄ uidebat in cæteris aīalibus officia mariū foeminarūq; nō esse diuisa: existimauit oportere et mulieres militare: & consiliis publicis interesse: & magistratus gerere: & imperia suscipere. Ita q; his arma & equos assignauit. cōsequens est ut lanā & telā uiris infantū gestationes. Nec uidit impossibilia esse quæ diceret: ex eo: quæ adhuc in orbe terræ neq; tā stulta: neq; tam uana ulla gens extiterit: quæ hoc modo uiueret.

De minoribus philosophis: & quatenus inuicem ratione ex rerū contēptu p̄ficiant: & erroris assertores sint. Ca. xxiii.

Vm igit̄ in tanta uarietate ipsi philosophorū p̄cipes deprehēdātur: qd̄ illos c̄ minores putabimus: q̄ nunq; sibi tā sapiētes uideri solēt: q̄ cū pecuniæ cōtēptu gloriāntur. Fortis aīus. Sed exspecto qd̄ faciāt: & quo ille cōtēptus euadat.

Tradita sibi a parētib; patrimonia: tanq; malū fugiūt ac deserūt. Et ne i tēpestate naufragiū faciant in tranquillo se ultro p̄cipitāt. Non uirtute sed puerilo metu fortes: sicut illi q̄ cum timent ne ab hoste iugulentur: ipsi se iugulāt: ut mortē morte deuitent. Sic isti unde possent gloriā liberalitatis acquirere: sine honore: sine gratia pdunt. Laudatur Democritus q; agros suos dereliquit: eosq; pascua publica fieri passus sit. Probarem si donasset. Nihil aut̄ sapienter fit: qd̄ si ab oibus fiat: inutile est ac malū. Sed hæc negligentia tolerabilis. Quid ille q̄ patrimoniū in nūmos redactū effudit i mare? Ego dubito utrū ne sanus an demēs fuerit. Abite inq; in pfundū malæ cupiditates: ego uos mergā: ne ipse mergar a uobis. Si tantus pecuniæ contēptus ē: fac illā beneficiū: fac humanitatē: largire paupibus. Potest hoc qd̄ pditurus es: multis succurere: ne fame aut siti: aut nuditate moriantur. Imitate insaniā saltē furorēq; Tuditani: sparge populo diripiēda. Potes & pecuniam effugere: & tñ collocare: quæ saluum est quicquid pluribus profuit. Zenonis aut̄ paria peccata q̄ pbat. Sed omittamus id: qd̄ est ab oibus semper irrissū. Illud satis est ad coercendum sariosi hoīs errorē: quæ inter uitia & morbos misericordiā posuit. Admit nobis affectū: quo rō humanæ uitæ pene oīs continetur. Cum. n. natura hoīs ibecillior sit: q̄ cæterorū aīalū: quæ uel ad p̄ferendā uim t̄p̄m: uel ad incurSIONES a suis corporibus arcēdas: naturalib; munimentis p̄uidētia cælestis armauit. Hoī aut̄ quia nihil istorū datū est accipit p̄ istis oibus miseratiōnis affectum: q̄ plane uocatur humanitas: qua nosmet inuicē tueremur. Nā si hō ad cōspectum alteri hoīs effera retur: qd̄ facere uidemus aīantes: quarum natura soliuaga est: nulla esset hoīm societas nulla urbiū cōdendarū uel cura uei rō. Sic neq; uita qdem satis tutta: cū cæteris aīalibus exposita esset imbecillitas hoīum: & ipsi inter semetipsos bæluarum moræ sauirēt. Nō minor in aliis dementia. Quid enim dici potest de illo: qui nigram dixit esse niuem q̄ consequens erat ut etiam picem albam esse diceret. Hic est ille qui se iccirco natum

DIVINARVM INSTITVTIONVM

**Xenophanes** esse diceret: ut cælū ac solē uideret: qui in terra nihil uidebat sole lucēte; Xenophanes dicentibus mathematicis orbē lunæ duo de uiginti partibus maiorē eē q̄ terrā: stultissimi me credidit. Et q̄ huic leuitatī fuit cōsentaneū: dixit intra cōcauum lunæ sinū esse aliam terrā: & ibi aliud genus hoīum simili mō uiuere: quo nos in hac terra uiuimus. Habent igitur illi lunatici hoīes alterā lunā: quæ illis nocturnū lumen exhibeat: sicut hæc exōbet nobis. Et forte hic noster orbis alterius inferioris terræ luna sit. Fuisse Seneca inter stoicos ait: q̄ deliberaret utrū ne soli quoq; suos populos daret inepte. I. q̄ dubitauerit. Quid. n. pderet si dedisset: Sed credo calor deterrebat. ne tantā multitudinē piculo cōmitteret: ne si æstu nimio pissent ipsius culpa euenisse tanta calamitas diceretur.

De antipodibus: quos iō eē finxerūt: q̄a opinati sūt mūdū eē rotūdū. Ca. xxiiii.

Vid illi q̄ eē cōtrarios uestigijs nostris antipodas putāt: Nūqd aliquid loquūtē  
**q** Aut est quisq̄ tā ineptus: q̄ tradit esse hoīes: quorū uestigia sint supiora q̄ capite: Aut ibi quæ apud nos iacēt uniuersa: pedere fruges & arborēs deorsū uersus crescere: pluuias & niues & grādines sursum uersus cadere in terrā. Et miratur aliquis hortos pensiles iter septē mira narrari: cū philosophi & agros: & maria: & urbes: & montes pensiles faciāt: Huius quoq; erroris aperienda nobis origo est: Nā spē eodē mō fallūtur. Cū. n. falsum aliquid in principio sūperint: uerisimilitudine iucti necesse est eos in ea quæ consequuntur currere: Sic incidūt in multa ridicula: q̄a necesse est falsa eē quæ rebus falsis cōgruunt. Cū aut primis habuerint fidē: qualia sunt ea quæ sequūtur non circūspiciunt: sed defendūt: oī mōicū debeāt prima illa utrūne uera sint an falsa ex cōsequentibus iudicare. Quæ igitur illos ad antipodas rō perduxit. Videbant siderum cursus in occasū meantū. Solē atq; lunā in eandē partem semper occidere: atq; oriri semp ab eadem. Cum aut nō pspicerēt quæ machinatio cursus eorum temperaret: nec quomodo ab occasu ad orientem remeat. Cælum aut ipsum in omnes partes putarent esse deuexum. Quod sic uideri propter immensam latitudinem necesse est. Existimauerunt rotundum esse mundum sicut pilam: & ex motu siderum opinati sunt cælū uoluit sic astra solemq; cū occiderint uolubilitate ipsa mūdī ad ortū referri. Itaq; æthereos orbis fabricati sunt: quasi ad figuram mundi eosq; cælarunt portentosis quibusdam simulacris: quæ astra esse dicerent. Hanc igit cæli rotunditatem illud sequebatur: ut terra in medio sinu eius esset inclusa. Quod si ita esset: terrā ipsam globo similē. Neq; n. fieri posset: ut non esset rotundum: quod rotundo teneretur. Si autem rotunda etiā terra esset: necesse est ut in omnes cæli partes eandem faciem gerat: id est montes erigat: campos tendat: maria consternat. Quod si esset: sequebat illud extremum: ut nulla sit pars terræ quæ non ab hoibus cæterisq; animalibus incolatur. Sic pendulos istos antipodas cæli rotunditas adinuenit. Quod si quæras ab his qui hæc portenta defendunt: quomodo non cadunt omnia in inferiorem illam cæli partem: Hanc respondet rerum esse naturam: ut pondera in medium serant: & ad medium conuexa sint oīa: sicut radios uidemus in rota. Quæ autem leuia sunt ut nebula: sumus: ignis: a medio deferantur: ut cælum putant. Quid dicam de his nescio: qui cum semel aberrauerint: constanter in stulticia perseuerant. & uanis uana defendunt: nisi q̄ eos interdum puto iocī causa philosophari: aut prudentes & scios mendacia defendenda suscipere: quasi ut ingenia sua in malis rebus exerceant uel ostendant. At ego multis argumentis probare possem nullo modo fieri posse: ut cælum terra sit inferius: nisi & liber iam concludendus esset & adhuc aliqua restare: quæ magis sint præsentī operi necessaria: & quoniam singulorū errores percurrere non est unius libri opus: satis sit pauca enarrasse: ex qb̄ possint

**Erratum  
 primum**

## LIBER TERTIVS

qualia sint cætera intelligi.

Quot & quanta prædicenda sunt: & alias necessaria gentiliter philosophantibus: ut philosophiam nullus assequatur aut rarus.

Ca. xxv.

Vnc pauca nobis de philosophia in cõi dicenda sunt: ut confirmata cã peroremus. Sũmus ille noster Platonis imitator existimauit philosophiã nõ esse uulgarem: q; eã non nisi docti hoies assequi possent. Est inquit philosophia paucis contenta iudicibus: multitudinem consulto ipsa fugiens. Non est ergo sapia si ab hominũ cetera abhorret. Q m̄ igitur sapientia si hoĩ data est: sine ullo discrimine oibus data est: ut nemo sit. pr̄sus: qui eam capere non possit. At illi uirtutem humano generi datã sic amplexantur: ut soli oĩum publico bono frui uelle uideantur: tã inuidi q̄ si uelint de ligare oculos: aut effodere cæteris ne solem uideant. Nam quid est aliud hoibus negare sapiam: q̄ mentibus eorũ uerũ ac diuinũ lumen auferre? Q d' si natura hois sapiã capax est oportuit opifices & rusticos: & mulieres: & oēs deniq; qui humanam formam gerũt doceri ut sapiant populumq; ea oĩ lingua: & conditione: & sexu: & ætate conflare. Maximum itaq; argumentũ est: philosophiam neq; ad sapiam tendere neq; ipsam esse sapientiam: q; mysterium eius barbã celebratur & pallio. Senserunt hoc adeo stoici: qui & seruis & mulieribus philosophandum esse dixerunt. Epicurus quoq; qui rudes oĩum literarum ad philosophiam inuitat. Item Plato qui ciuitatem de sapientibus uoluit cõponere. Conati qdem sunt illi facere qd' ueritas exhibeat. sed non potuit ultra uerba pcedi. Primum qa multis artibus opus est: ut ad philosophiam possit accedi. Discende literarũ istã cões pp usum legendi: quia in tanta rerũ uarietate nec disci audiendo possunt oĩa nec memoria contineri. Grammaticis quoq; non parum operã dandum est: ut rectam loquendi rationem sciat. Id multos annos auferat necesse est: Nec oratoria quidẽ ignoranda est: ut ea quæ didiceris: proferre atq; eloqui possis. Geometria quoq; ac musica & astrologia necessaria est: q; hæ artes cum philosophia habent aliquam societatem: quæ uniuersa perdiscere neq; sceminae possunt: qbus intra puberes annos officia mox usibus domesticis profutura discenda sunt. Neq; serui quibus per eos annos uel maxime seruiendum est: quibus possunt discere: neq; pauperes. aut opifices: aut rustici: quibus indiem uictus labore est quærendus. Ob eam causam Tullius ait abhorre a multitudine philosophiam. At enim rudes Epicurus accipiet. Quomo do ergo illa quæ de principiis rerum intelligunt: quæ perplexa & inuoluta uix etiam politi homines assequuntur? In rebus igitur obscuritate implicitis: & ingeniorum uarietate cõfusus: & eloquentiam uirorum exquisito sermone fucatis: quis imperito ac rudi locus est? Denique nunq̄ ullas mulieres philosophari docuerunt: præter unam ex omni memoria Themistea. Neq; seruos præter unum Pythagoram: quem male seruientem redemisse ac docuisse tradunt. Enumerant etiam Platonem ac Diogenem: qui tamen serui non fuerunt sed his seruitus euenerat: sunt enim capti. Platonem quidem redemisse Aniceris quidã traditur sestertiis octo. Itaq; infectatus est conuitiis redemptorem Seneca: q; Platõem paruo aestimauerit. Furiosus ut mihi quidem uidetur: q homini fuerit iratus: q; non multam pecuniam perdidit: scilicet aurum appendere debuit tanq̄ pro mortuo Hectore: aut tantum ingerere nummorum: quantum uenditor non poposcit? Ex barbaris uero nullum præter unum Anacharsim scytham: qui philosophiam ne somniasset quidem: nisi & linguam & litteras ante didicisset.

Tullius  
auctorThẽistes  
Pythago  
ras

Quod doctrina cælestis sapientia sola largitur: quam: natura cõis appetit: & qres philosophia nõ inuenit. Et q̄ efficax sit lex dei: & ecclesie sacramenta.

Cap. xxvi.  
g iii

DIVINARVM INSTITVTIONVM

Vod ergo illi postcete natura faciendū eē senserunt. Sed tamē neq; ipsi facere potuerūt; neq; a philosophis fieri posse uiderūt. Sola hoc efficit doctrina caelestis: quae sola sapiētia ē. Illi scilicet psuadere cuiq; potuerūt qui nihil psuadet ēt sibi? Aut cuiusq; cupiditates opprimēt; irā tēpabūt libidinē coercēbūt cū ipsi & cedāt uitiis; & fateātur plus ualere naturā: Dei autē praecepta: q̄a & simplicia & uera sunt quātū ualeāt in aīs hominū: quotidiana expimēta demōstrant. Da mihi uirū: qui sit iracūdus: maledicus: effrenatus: paucissimus dei uerbis: tā placidū q̄ ouē reddā. Da cupidū. auarū: tenacē. Iam tibi eū liberalē dabo: & pecuniā suā propriis manibus largientē. Da timidum doloris ac mortis. Iam cruces & ignes: & pericula: & taurū cōtemnet. Da libidinosum: adulterū: ganeonē. Iam sobriū. castum: continentē uidebis. Da crudelem & sāguinis appetentē. Iam in ueram clāmentīā furor ille mutabitur. Da iniustū insipientē peccatorē cōtinuo & æquus & prudēs & innocēs erit. Vno enī lauacro malitia oīs abolebitur. Tanta diuinae sapientiae uis est: ut in hominis pectus infusa: matrē delictorū stultitiā uno simul impetu expellat. Ad quod efficiendū: nō mercede: nō libris: nō lucubrationibus opus est: Gratis ista fiunt: facile: cito: mō pateant aures: & pectus sapientiam sitiat. Nemo uereatur: nos aquā nō uendimus: nec solē mercede praestamus: Dei fons uberrimus atq; plenissimus patet cunctis: & hoc caeleste lumen uniuersis oritur: quicūq; oculos habēt. Num quis hāc philosophorū aut unq; praestitit: aut praestare si uelit potest? Qui cū aetates suas in studio philosophiae cōterāt: neq; aliū quenq; neq; se ipsos si natura paululū obstitit: possunt facere meliores: Itaq; sapiētia eorū ut plurimū efficiat: nō excidit uitia: sed abscondit. Pauca uero dei praecepta sic totū hominē imutant & exposito uetere nouum redunt: ut non cognoscas eundem esse.

Quod philosophi saepe recte praecipunt & interdū uident uerū. Et quare nō sit eis credendum: in quo solo nitatur cōditio naturae. Cap. xxvii.

Vid ergo: Nihil ne illi simile praecipūt? Immo p̄ multa: & ad uerū frequenter accedūt. Sed nihil ponderis habēt illa p̄cepta: quia sunt hūana: & auctoritate maiori id est diuina illa carēt. Nemo igitur credit q̄a tā se hoīem putat eēq; audit q̄ est ille qui praecipit. Praeterea nihil apud eos certi est: nihil qd a sciētia ueniat. Sed cū oīa cōiecturis agātur: multa etiā diuersa & uaria p̄ferantur: stultissimi est hominis praecipit eorū uelle parere quae utrū uera sint an falsa dubitabit. Et ideo nemo parat q̄a nemo uult ad incertū laborare. Virtutē esse stoici aiunt quae sola efficiat uitā beatā. Nihil pōt uerius dici. Sed qd si cruciaberis aut dolore afficietur? Poterit ne quisq; inter carnifices beatus eē? Immo uero illatus corpis dolor materia uirtutis est. Itaq; ne in tormentis qdē miser est. Epicurus multo fortius sapiēs inquit semp beatus est: & uel inclusus in Phalaridis tauro hāc uocē emittet: Suaue est & nihil curō: quis eū nō irriserit? Maxime q̄ hō uoluptarius p̄sonā sibi uiri fortis imposuit & quidē supra modū. Nū enī fieri pōt: ut quisq; cruciatus corpis pro uoluptatibus ducat. cū satis sit ad officiū uirtutis implendū p̄ferre ac sustinere. Quid dicitis stoici? Quid tu Epicure? Beatus ē sapiēs ēt cū torquetur. Si p̄pter gloriā: patiētia nō fructur. In tormentis enī fortasse morietur. Si p̄pter memoriā: aut nō sentiet si occidūt animā: aut si sentiet: nihil ex ea cōsequetur. Quis ergo alius fructus est in uirtute? Quae beatitudo uitae: ut a quo animo moriat? Bonum mihi affertis unius horae aut fortasse momētis: p̄pter qd nō expedit in tota uita miseris & laboribus confisci. Quantum autem temporis mors occupat: quae cū uenit utrum a quo animo an iniquo eā subieris iam nihil refert. Ita fit ut nihil aliud ex uirtute captetur nisi gloria. Sed hāc aut superuacua & breuis est aut prauis hominū iudici

ciis non sequetur. Nullus igitur ex uirtute fructus est: ubi uirtus mortalis est & caduca. Itaque quae haec locuti sunt: unbram quandam uirtutis uiderunt: ipsam uirtutem non uiderunt. Deflexi enim fuerunt in terram: nec uultus suos in altum erigebant: ut eam possent intueri: quae se se caeli religionibus ostendebat. Haec causa est cur praecipit eorum nullus obtineret: quoniam aut ad uitia erudiunt: si uoluptatem defendunt: aut si uirtutem asserunt: neque peccato poenae minatur nisi solus turpitudinis neque uirtuti ullum praemium pollicetur: nisi solitus honestatis & laudis: cum dicant non propter aliud: sed propter seipsam expetendam esse uirtutem. Beatus est igitur sapiens in tormentis sed cum torquetur profunde: pro iustitia: pro deo illa patientia doloris beatissimum facit. Est enim deus qui solus potest honorare uirtutem: cuius merces immortalitas sola est: quam qui non appetunt: nec religionem timent: cui aeterna subiacet uita. Profecto neque uirtutis uim sciunt: cuius praemium ignorat in caelum spectant quod ipsi se facere putant cum res non inuestigabiles quaerunt quia ratio in caelum spectandi nulla alia est nisi aut religionem suscipere: aut hanc animam suam immortalem esse credere. Quisquis enim aut deum colendum esse intelligit: aut immortalitatis spe sibi propositam habet: mens eius in caelo est. Et licet id non aspiciat oculis: animam tamen lumine aspicit. Qui autem religionem non suscipiunt: terreni sunt: quia religionem de caelo est. Et qui animam putant cum corpore interire: atque in terram spectant quia ultra corpus quod est terra nihil amplius uident: quod sit immortale. Nihil igitur prodest hominem esse fictum: ut recto corpore spectet in caelum: nisi erecta mente deum cernat: & cogitatio eius in spe uitae perpetuae tota uersetur.

Quod fortuna nihil est: quam philosophi non modo dea: sed deum metuntur. Et quomodo hunc errorem daemones imiserint eis: qui deum nesciebant: aut contenebant. Cap. xxviii.

ceciniſſent. Salomō ſic ait iſfirmatus ē uterus uirginis. & accipit ſectū & grauata ē: & fa-  
cta ē i multa miſeratione mater uirgo. Itē p̄pheta Eſaiās: cui⁹ uerba ſunt hæc: Propter  
hoc dabis deus ipſe ſignū. Ecce uirgo cōcipiet i utero & pariet filiū: & uocabitur nomē  
eius Hemanuel. Quid hoc maſteſtius dici pōt: Legebāt iſta iudæi: q; eū negauerūt. ſi  
quis nos hæc ſingere arbitrat: ab his reqrat: ab his potiſſimū ſumat. Satis firmū teſtio-  
nium eſt ad p̄bandā ueritatē qđ ab ipſis phibet inimicis. Hemanuel nūq; uocatus ē  
ſed Ieſus q; latine dī ſalutaris ſiue ſaluator: q; cūctis gētibus ſalutifer uēit. Sed p̄phe-  
ta declarauit hoc nomen qđ deus ad hoīes i carne uēturus eſſet. Hemanuel aut̄ ſignifi-  
cat nobiſcum deus. ſ. quia illo per uirginem nato confiteri homines oportebat deum ſe  
cum eſſe i deſt in terra & in carne mortali. Vnde Dauid in pſalmo octogēſimo quarto:  
Veritas inqt de terra orta ē: q; deus in quo ueritas ē: terrenum corpus accipit: ut ter-  
renis uia ſalutis ap̄iret. Itē Eſaiās ipſe. Ipſi at̄ nō crediderūt: & exarcerberūt ſp̄m ſctm̄.  
Et cōuerſus ē eis ad inimicitia. Et ipſe expugnauit: & recordās ē dierū ſæculi: q; ſuscita-  
uit de terra paſtorē ouium. Quis at̄ futurus eſſet ille paſtor: declarauit alio loco dicēs  
Exultent cæli deſup & nubes induant iuſtitiam. ap̄iatur terra & pullulet ſaluator. Ego  
enim dominus deus creauī eum. Saluator uero eſt (ut ſupra diximus) Ieſus. Sed alio  
loco idem propheta ſic prædicauit: ecce natus eſt nobis puer: & datus eſt nobis fili⁹ cu-  
ius imperium ſuper humeros eius: & uocatum eſt nomen eius magni conſilii nuncius.  
Iccirco enit̄ miſſus eſt a deo patre: ut uniuēſis gentibus quæ ſub cælo ſunt: ſingula-  
ris & ueri dei ſanctum myſterium reuelaret ablatum perfido populo: qui aduerſus deū  
ſape deliquit. Daniel quoq; ſimilia prælocutus eſt. Videbām inquit in uiſu noctis: &

Salomon

Hemanu-  
el

DIVINARVM INSTITVTIONVM

ecce in nubibus cæli ut filius hoīs uiuens & usq; ad uetustum dierum peruenit. Et qui assistebant obtulerunt eum: & datum est ei regnum: & honor & impium: & oīs popul<sup>9</sup> tribus linguæ seruient ei: & potestas eius æterna quæ nunq; transibit: & regnū eius qd nō corrūpetur. Quō igit iudæi & cōsitent & spant Christū dei: qui hūc iccirco reprobauerunt: qā ex hoīe natus est. Nā cū ita sit a deo cōstitutū: ut idem Christus bis ueniat in terrā: semel ut unū deū gentibus nunciaret: deinde rursus ut regnet quō in secundū eius aduentū credunt: q in primū non crediderūt. Atqui ppheta utrosq; aduētus paucis uerbis cōprehēdit. Ecce inqt in nubibus cæli ut filius hoīs ueniēs nō dixit ut fili<sup>9</sup> dei sed filius hominis: ut ostenderet q; carne indui haberet in terra: ut suscepta hominis figura & cōditōe mortali doceret hoīs iustitiā. Et cū mādati dei functus ueritatē gētibus reuelasset. mulctaret ēt morte: ut iferos ēt uiceret ac resignaret. Atq; ita demū resurgens ut p̄rem pficisceret in nube sublatus. Adiecit. n. ppheta & ait usq; ad antiquū dierū puenit: & oblatu est ei. Antiquū dierū appellauit sūmū deū cuius ætas & origo nō pōt cōprehēdi: qā solus a sæculis fuit: & erit semp i sæcula. Christū at post passionē & resurrectionē ascensurū esse ad deū patrē. Dauid in psalmo cōtestimonio cōtestatus est his uerbis. Dixit dominus domino meo. sede a dextris meis. quoad usq; ponā inimicos tuos suppedaneum pedum tuorū qui ppheta cū rex esset: quē apellare dñm suū posset: qui sederet ad dextrā dei: nisi Christū filiū dei. q est rex regū & dominus dñorum. Quod Esaias aptius ostendit dicens: Sic dicit dominus deus Christo domino meo: cuius tēni dextrā obaudire. Ante cū gentes & fortitudinē regū dirūpā. Ap̄iam Ante illum portas & ciuitates nō claudēt. Ego ante ibo: & mōtes deplanabo: & fores æreas cōterā: & seras ferreas cōfringā. Et dabo tibi thesauros absconditos inuisibiles: ut scias quia ego sum dominus deus q uoco nomen tuum israhel. Deniq; ob uirtutē & fidē quā deo exhibuit i terra: datū est ei regnū: & honor: & impium: & oēs populi tribus linguæ seruiēt ei: & ptās eius æterna: quæ nūq; trāsīt ad regnū eius nō corrūpet. Quod qdem duobus modis intelligi: qā & nunc hēt ppetuā ptatem: cū oēs gentes & oēs linguæ numen eius uenerantur: maiestātē cōsitent doctrinam sequūtur: uirtutē imitant. Habet ipium: habet honorē: cū oēs trib<sup>9</sup> terræ p̄ceptis eius obtempant. & idē postea eū rursus aduenerit: in ptate ac claritate aut oēm aiām iudicet & iustos ad uitā restituat: tūc ueræ totius terræ regimen obtinebit: Tūc sublato de reb<sup>9</sup> hūanis oī malo aureū sæculū (ut poetæ uocāt .i. iustum ac pacificum tempus orietur. Sed hæc uberius in ultimo libro differemus cū de secundo aduentu loquemur: nūc de primo (ut cœpimus) explicemus.

Quod filius a patre est secundū deitatem: & qd geminæ substantiæ esse cōiūgitur: tū ex opibus p̄priis: tū ex oraculis pphetarū: & ēt Apollinis Milesii testimonio. & q̄re nec ad Salomonē: nec ad aliū q ad Christū referrī possunt uaticia pphetarū. Ca. xiiii

Vnus igit de<sup>9</sup> ac parēs oīum cū religionē suā trāsferre uoluisset doctorē iustitię misit e cælo: ut nouis cultorib<sup>9</sup> nouā legē i eo uel p eū daret. Nō sicut añ fecerat p hoīem: sed tñ nasci eū uoluit tāq hoīem ut p oīa sūmo p̄ri similis existeret. Ipse. n. deus p̄r & origo & principiū rerū qm̄ & parentibus caret: α π α τ ω ρ atq; α μ ι τ ω ρ .i. sine patre atq; m̄re a Trimegisto uerissime noīat: q; ex nullo sit p̄creat<sup>9</sup>. Ic circo ēt filium bis nasci oportuit ut ipse fieret ap̄tor atq; am̄tor: In prima enim natiuitate sæculi am̄tor fuit: quia sine officio matris a solo deo patre progeneratus est. In secunda uero carnali ap̄tor fuit. quoniā sine patris officio uirginali utero procreatus: ut mediam inter deum & hoīem substantiā gērēs nostram hāc fragilem ignebillēmq; naturam quasi manu ad immortalitatem posset educere: factus ē dei filius p̄ spiritum &

## LIBER QVARTVS

hois p̄ carnē. i. & deus & hō: dei uirtus i eo ex opibus quæ fecit: apparuit. Fragilitas ho-  
minis ex passiōe quā ptulit: quā cur suscepit paulo post docebor Interi & deū fuisse &  
hoiem ex utroq; genere pmixtū pphetis uaticinātib⁹ discius. Esaias deū fuisse testatur  
his uerbis: Fatigata ē Aegyptus & negociatio Aethiopū & Saba. Viri alti ad te trāsgre-  
diēt: & tui erūt serui: & post te ābulabūt uincti cōpedibus: & adorabūt & te p̄cabunt  
qm̄ in te deus ē. Et nō ē alius deus p̄ter te. Tu. n. deus es & nesciebamus: deus israel sal-  
uator. Cōfundent⁹ & reuerbunt⁹ oēs q̄ aduersant⁹ tibi: & cadēt in cōfusione. Itē ppheta  
Hieremias sic ait: Hic deus nr̄: & nō deputabit⁹ alius absq; illo q̄ inuenit oēm uia pru-  
dentia & dedit eā iacob puero suo: & israhel dilecto sibi. Post hæc i terris usus ē: & cū  
uerfat⁹ ē. Itē Dauid i psalmo q̄dragesimoquarto: Thron⁹ tu⁹ de⁹ i sæcula sæculorū uir-  
ga æq̄tatis: uirga regni tui. Dilexisti iusticiā: & odio habuisti iusticiā p̄pterea unxit te  
deus: deus tuus oleo exultatiōis. Quo uerbo & nomen oñdit: siq̄dē (ut supra docui) ab  
unctōe appellatus ē. Christus. Deide hoiem fuisse eūdē Hierēias docet dicēs. Et hō est  
& qs cognouit eū. Itē Esaias: & mittet eis deus hoiem & lauabit eos iudicans sanabit  
eos. Sed & Moyse inumeris ita loq̄t: Orietur stella ex iacob: & exurget hō ex israel.  
Propterea Milesius Apollo cōsultus utrū ne deus an hō fuerit: hoc mō respōdit græce

ΘΗΗΥΟΣ ΕΗΗΚΑΤΑ ΣΑΡΚΑ ΣΟΦΟΣ ΤΕΡΑΤΩΔΕΣ ΙΝ ΕΡΓΟΙΣ  
ΑΛΑΥΠΟΧΑΛΛΑΙΩΝΚΡΙ ΤΩΝΟΠΛΟΙΣ ΛΑΛΘΕΙΣ  
ΥΟΜΦΟΙΣ ΚΑΙ Σ ΚΟΛΟΜΕΣ ΣΙ ΠΙΚΡΗΝ ΑΝΕΠΛΗΣΕ ΤΕΛΕΥΤΗΝ. Idest mortali erat: corpe  
mōltrosi opibus: sed sub iudiciis Chaldaeis armis cōp̄r̄ h̄esus: clauis & fustib⁹ ama-  
rum finē cōpleuit. Primo qd̄ uersu uerū dixit: sed argute cōsultorē sefellit sacramentū  
ueritatis penitus nescientē. Videf. n. negasse illū deū: sed cū fatef̄ secundū carnē fuisse  
mortale qd̄ nos ēt̄ p̄dicamus: cōsequēs ē: ut secundū spiritum deus fuerit: qd̄ nos af-  
firmamus. Quid. n. fuerat necesse carnis facere mentionē satis esset dicere fuisse morta-  
le: Sed ueritate p̄ssus negare nō potuit quēadmodū res se h̄eret sicut illud qd̄ ait fuis-  
se sapientē. Quid ad hoc Apollo r̄ndes: Si sapiēs est: ergo doctrina eius sapia est: nec ul-  
la alia: & sapientes q̄ sequunt⁹: nec ulli alii: Cur ergo uulgo p̄ stultis & uanis & ineptis  
habemur. q̄ sectamur magistrū ēt̄ ipsorū deorū cōfessiōe sapientē: Nā qd̄ ait potentifi-  
ca illū opa fecisse: quo maxime diuinitatis fidem meruit. assentiri nobis iā uidetur cum  
dicit eadē: q̄bus nos gloriamur. Sed colligit se tñ: & ad demōicas fraudes redit: Cū. n.  
uerū necessitate dixisset: iā deorū āt̄ sui p̄ditor uidebat⁹ nisi qd̄ ab eo ueritas exp̄sserat  
mendacio fallente cælasset. Ait ergo illū fecisse opa miranda: uerū nō diuina uirtute sed  
magica. Quid mirū: si hoc Apollo ueritatem ignorantibus psuadit cum iudæi quoque  
cultores ut uidebatur summi dei idem putauerint: cū ante oculos eorū quotidie fierent  
illa miracula: nec tñ tantarum uirtutū cōtemplatione impelli potuerunt: ut deum cre-  
derent quem uidebant: Propterea Dauid quem inter cæteros prophetas uel maxime le-  
gūt: in psalmo uigesimo sic eos dānat. Redde illis retributiōem eorum qm̄ non intelle-  
xerunt in opibus domini. Ex huius ipsius domo Christū generatum iri secundum car-  
nem: & ipse dauid & alii anunciauerunt. Apud Esaiā ita scriptum est: & erit i die illa ra-  
dix iesse: & qui exurget principari in nationes: in eum gentes sperabunt & erit requies  
eorū in honore: & alio loco. Exiet uirga de radice iesse: & flos de radice eius ascendet: &  
requiescet sup eum spūs dei: spiritus sapientia & intellectus: spiritus consilii & fortitu-  
dinis spiritus pietatis & implebit illum spiritus timoris dei. iesse autē fuit pater Dauid  
ex cuius radice ascensurum esse florem p̄locutus ē eum scilicet: de quo Sibylla dicit:  
ΑΝΘΗΤΕΙ ΔΑΗΖΟΣ ΚΑΡΟΝ. Idest florescet autem flos purus. Item in Basileon libro sc̄do

DIVINARVM INSTITVTIONVM

Propheta Nathā missus est ad dauid uolentē deo tēplū fabricare & fuit uerbū domini ad Nathā dicēs: Vade & dic seruo meo Dauid hæc dicit dominus oīpotens. Nō tu edificabis mihi domū ad inhabitandū: sed cū impleti fuerint dies tui & dormieris cū p̄rib⁹ tuis: suscitabo semen tuū post te & parabo semen eius. Hic ædificabit mihi domū in noīe meo & erigā thronū eius usq; in sæculū: & ego ero ei i p̄rem: & ipse erit mihi in filiū: & si dē cōsequet̄ domus eius usq; in seculū. Sed hæc ut iudei nō itelligerēt illa fuit cā: q; Salomon fili⁹ Dauid deo tēplū ædificauit & ciuitatē quā de suo noīe Hierosolimā nūcupauit. Itaq; ad ipsum quæ a ppheta dicta sunt: rettulerūt. Salomō at̄ ab ipso p̄re suo i perii regimen accepit. Prophetæ uero de eo loquebant̄: q; tū nasceret̄. Postq; Dauid cū p̄rib⁹ suis requeuisset. Præterea salomōis impiūm p̄petuū nō fuit. Annis. n. xxx. regnauit: deinde q; nūq; filius dei dictus sit: sed filius Dauid: & domus quā ædificauit: nō est fidē cōsecrata sicut ecclesia. quæ est uerū tēplū dei qd̄ nō i parietib⁹: sed i corde hoīum ac fide: q; credunt in eū: ac uocant̄ fideles. Illud uero solomoniū tēplū q; manu factum est manu cecidit. Deniq; p̄ eius in psalmo centesimo uigesimo septimo de opib⁹ filii sui pphetauit hoc mō si dominus nō edificauerit domum: sine cā laborant q; edificant eā si dominus nō custodierit ciuitatem: sine causa uigilant qui custodiunt eam.

De æterno Christi sacerdotio: qd̄ ppheta sicut & cætera p̄dixerūt sic exprimentes Iesum Christū: ut oracula nec ad filiū Naue nec ad filiū ioseph ualeant retorqueri: & de uis quas docuit Christ⁹: q; nūq; suū honorē quæsiuit: sed p̄ris. Cap. xiiii.

Vibusex rebus apparet pphetas oēs denuntiasse de Christo fore aliqñ ut ex genere Dauid corporaliter natus cōstitueret æternū tēplū deo: qd̄ appellatur ecclesia: & uniuersas gētes ad religionē uerā dei cōuocaret. Hæc dom⁹ fidelis hoc imortale tēplū i quo siqs nō sacrificauerit imortalitatis præmiū nō habebit. Cuius tēpli & magni & æterni qm̄ Christus fabricator fuit: idē necesse est habeat in eo sacerdotiū sempiternum. Nec pōt nisi p̄ eū qui cōstituit tēplum ad aditū templi & ad cōspectū dei pueniri. Dauid i psalmo ceteresimo nono id ipsum docet dicēs: Ante luciferū gēuī te. Iurauit dominus & nō penitebit eū: tu es sacerdos in æternum secundū ordinē Melchisedech. itē i Basileon li. i. Et suscitabo mihi sacerdotē fidelē: qui oīa quæ sunt i corde meo faciat. & ædificabo ei domū fidelē & transibit i cōspectu meo oibus diebus. Quis at̄ futurus esset: cui deus æternum sacerdotium pollicebat̄: Zacharias ēt noīeposito aptissime docuit. sic. n. dixit: & ostendit mihi dominus deus iesum sacerdotē magnum stantem ante faciem angeli domini: & diabolus stabat ad dextram ipsius: ut aduersaret̄ ei. Et dixit dominus ad diabolum: Impet tibi dominus in te: q; elegit Hierusalem & ecce titio eiectus ab igne: & Iesus erat indutus uestimētis sordibus: & stabat ante faciem angeli: & respōdit & dixit ad circūstātes ante faciem eius: Ferte uestimēta sordida ab eo & induite eū tūica talari: & ponite cidari mūdā sup caput ipsi⁹: & coopuerūt eū uestimēto & iposuerūt cidari mūdā sup caput ipsius. & angelus dñi stabat: & testificabatur ad eū dicēs. Hæc dicit dñs oīpotens: si in uis meis ambulaueris: & præcepta mea seruaeris: tu iudicabis domum meā & dabo tibi qui cōuertentur i medio horū circūstantiū. Audi itaq; Iesu sacerdos magne. Quis nō igitur captos mētibus tū fuisse iudæos arbitretur: q; cum hæc legerent & audirēt. nefādas manus suas deo suo itulerūt. At q; ab eo tpe quo zacharias fuit usq; ad annū q̄ntumdecimum Tiberii Cæsaris: quo Christ⁹ crucifixus ē: anni q̄ngenti numerantur: siquidem Darii & alexandri adoleuit ætate: q; fuerunt nō multo postq; Tarquinius supbus exactus est. sed illi rursus eodē mō falsi decepti sunt: putantes hæc de iesu eē dicta filio Naue qui successor fuit Moysi: aut de sacer-

Zachari  
as

Tiberius  
caesar

dote Iesu filio Ioseph: in quos nihil cōgruit eorūq̄ p̄feta narrauit. Nō. n. sordidati il  
 li unq̄ fuerūt: cū alter eorū princeps potētissimus fuerit alter sacerdos: aut p̄pessi sunt  
 aliquid aduersi: ut tanq̄ titio eiectus ex igne putarēt: Aut aliquādo in cōspectu ange  
 lorū steterūt: aut p̄pheta de p̄teritis loquebat̄ potius q̄ de futuris. Locut⁹ ē igr̄ de Ie  
 su filio dei: ut ostēderet eū primo i humanitate & carne eē uētūrū. Hæc. n. ē uestis sor  
 dida: ut pararet tēplū deo & sicut titio igni cōbureret. i. ab hoīb⁹ cruciamēta p̄feret &  
 adultimū extingueret. Titionē. n. uulgo appellat extractū loco torrē semiuultū extin  
 ctū. Quomō āt & cū q̄bus mandatis a deo mitteret̄ i terrā declarauit spiritus dei p̄  
 p̄phetā docens futurū ut cū uoluntate sumi patris fideliter & cōstāter ip̄lesset: acci  
 pet iudiciū atq; impium sempiternū. Si in uis meis inq̄ ambulaueris & p̄cepta mea  
 seruaueris: tu iudicabis domū meā: Quæ fuerit uia dei: & q̄ p̄cepta eius: nec ambigu  
 um nec obscurū ē. Deus. n. cū uideret malitiā & falsorū deorū cultus p̄orbē terræ in  
 ualuisse: ut iā nomē eius ex hoīum memoria fuisset pene sublatū. Si q̄dē iudæi quoq;  
 q̄bus solis arcanū dei creditū fuerat: relicto deo adcolēda figmēta irratiti: demonum  
 fraudib⁹ aberressent nec increpiti p̄ p̄phetas reuertī ad deū uellēt filiū suū p̄cipem  
 angelorū legauit ad hoīes: ut eos cōuerteret ab ip̄iis & uanis cultibus ad cognoscēdū  
 & colendū uerū deū. Itē ut eorū mentes a stultitiā ad sapiētīā: ab iniquitate ad iustitiā  
 opa tra duceret. Hæ sunt uia dei i q̄bus ambulare eum p̄cepit. Hæc p̄cepta quæ ser  
 uāda mādauit: ille uero exhibuit deo fidem. Docuit. n. q̄ unus deus sit eūq; solum coli  
 oportere: nec unq̄ se deū esse dixit: q̄ nō seruasset fidem: si missus ut deos tolleret: &  
 unū assereret: i. duceret alium p̄ter unū. Hoc erat nō de uno deo facere p̄coniū: nec eius  
 qui miserat: sed suum p̄priū negociū gerere ac se ab eo quem illustraturus uenerat se  
 parare. Propterea q̄ tā fidelis extitit: q̄ sibi nihil p̄fus assumpsit: ut mādata mittē  
 tis ipleret: & sacerdotis p̄petuū dignitatē: & regis summi honorē & iudicis potestatē  
 & dei nomen accepit.

De batismo Christi & miraculis quæ gessit in carne ante passionē: quæ non modo  
 a prophetis p̄nuntiata sunt: sed etiam uaticinio Sibyllarū: sicut Cicerō & Varro testā  
 tur: sed oracula ante Christi aduentū nō potuerūt intelligi. Cap. xv.

q̄ Voniā de sc̄da natiuitate dixim⁹: q̄ se hoīb⁹ i carne mōstrauit. ueniam⁹ ad  
 illa opa mirāda q̄ cū eēt uirtutis cælestis idicā: magnū Iudæi putauerūt. cū  
 primū cœpit adolescere tinct⁹ ē a Ioāne p̄pheta i iordane flumine: ut lauacro spiritali  
 peccata n̄ sua: q̄ utiq; n̄ habebat: sed carnis quæ gerebat: aboleret: ut quemadmodū iu  
 dæos suscepta circūcisiō: sic ēt gētes baptismo. i. purifici roris p̄fusiōe saluaret. Tunc  
 uox de cælo audita ē filius me⁹ es tu: ego hodie genui te. Quæ uox ap̄d Dauid p̄dī  
 cta iuenit̄ & descēdit sup̄ eū spiritus dei format⁹ i speciē colūbæ cādidæ. Exinde maxi  
 mas uirtutes cœpit opari nō p̄stigiis magicis: q̄ nihil ueri ac solidi ostētāt: sed uī ac  
 ptātē cælesti: quæ ēt pridem p̄phetis nūciātibus canebat̄. Quæ opa tā multa sunt: ut  
 unus liber ad iplēda oīa satis nō sit. Eūerabo igr̄ illa breuiter & generati sine ulla p̄lo  
 narū ac locorū designatione: ut ad exponendam passionis eius crucisq; rationē possim  
 puenire quo iam dudum festinat oratio. Virtutes eius fuerunt: quas Apollo portentū  
 ficas appellauit: q̄ quacūq; iter faciebat: a gros ac debiles & oī morborū genere labo  
 rātes: uno uerbo unoq; momēto reddebat incolumes: adeo ut mēbris oībus capti: re  
 ceptis repēte uirib⁹ roborati ip̄i lectulos suos reportarent i q̄b⁹ fuerāt pauloātē dela  
 ti. Claudis uero ac pedū uitio afflictis: nō mō gradiēdi: sed ēt currendi dabat facultatē  
 Tū quorū cæca lumia altissimis tenebris erāt: eorū oculos i pristinū restituebat aspe

DIVINARVM INSTITVTIONVM

Etū: Mutorū quoq; linguas in eloquū sermonēq; soluebat. Itē surdorū patefactis au-  
rib; insinuabat auditū: pollutos ac aspsos maculis repurgabat. Et hęc oīa nō manibus  
aut aut aliq̄ medela: sed uerbo ac iussione faciebat: sicut ēt Sibylla p̄dixerat παντα-  
λον ω πρᾶττον πασαν τενοσον θεράπευων. i. oīa uerbo agēs: oēm ifirmitatem  
curās Necutiq; mirū q; uerbo faciebat mirabilia: cū ip̄e eēt dei uerbū celestis uirtu-  
te ac potestate subnixū. Nec satis fuit q; uires ibecillibus redderet: q; debilib; integrita-  
tē: q; agris & languentibus sanitatem: nisi etiā mortuos suscitaret: uelut e somno so-  
lutos: ad uitāq; reuocaret Quæ uidētes tūc iudæi: dæmonica potētia fieri arguebāt:  
cū oīa sic futura ut facta sunt: arcanæ illorū litteræ cōtinerēt. Legebat quippe tū alio-  
rū pphetarū: tū Esaiæ uerba dicentis. Cōfortamini manus resolutæ: & genua debilia  
cōsolamini. Qui estis pusilli aī nolite timere: nolite metuere: dominus noster iudiciū  
retribuet ipse ueniet & saluos faciet nos. Tunc apient̄ oculi cecorū & aures surdorum  
audient. Tūc saliet claudus sicut ceruus: & plana erit lingua mutorū: q̄a rupta est i de-  
serto aqua & riuus i terra sitienti. Sed & Sibylla eadem cecinit his uersibus

νεκρῶν δ' εναστασις εσται, και χωλων ἀρομοσ ωροσ  
και κωφοσ ακουσει, και τυφοι φλεψουσι: λαλησουσ ινουλα λευτεσ. i. mor-  
tuorū at̄ resurrectio erit & claudorū cursus uelox. surdus audiet: cæci uidebūt: loquent̄  
nō loquentes. Ob has eius uirtutes & opa: diuina cū magna illū multitudo sequerēt̄  
uel debiliū uel ægrotorū: uel eorū q; cū andos suos offerre cupiebāt: ascendit i mon-  
tē quendā desertum: ut ibi adoraret ubi cū triduo moraret̄ ac fame populus labora-  
ret uocauit discipulos q̄rens q̄tos secū cibos gestarēt. At illi quinq; panes & duos pi-  
sces i perase habere dixerūt. Afferr̄ ea iussit: ac multitudinē p̄ quinq; genos distribuā  
discūbere. Quod cū discipuli faciūt: frāgebat ipse panē miouatim: carnēq; pisciū cō-  
mīnnebat: & utraq; in manibus eius augebātur. Et cum apponere illa populo disci-  
pulis impasser̄: saturata sunt quinq; milia hoīum: & isup̄ duodecim cophini residuis  
fragminibus ipleti. Quid aut dici aut fieri pōt mirabilius? At id sibylla futurū cecine-  
rat olim his uerbis.

ενάρτοισ αμα πεντε καν χθυεσι λυσιν

ανδρων χιλιαδασ ενερηπωπεωτε κορεσει.

και ξαπερισ σενοντα ληφον μεταελασματα

δωδεκα πηρωσ ει κοφινουσ εισελπιδα πολλον. Id est panib; simul qnq; & pi-  
scibus duob;: hominū milia i hereno quinq; satiabit: & reliqas tollēs. xii. cophinos i  
plebit i spē multorū. Quæro qd hic potuerit ars magica moliri: cui; pitia ad nihil ali-  
ud q̄ ad circumscribendos oculos ualet. Itē se cessurus orandi grā sicut solebat i motē  
p̄cepit discipulis ut nauiculā sumerēt: seq; p̄cederēt. At illi urcente iā uespe p̄fecti:  
cōtrario uento laborare cœpunt: Cū iā mediū fretū tenerent: tū pedibns mare igres-  
sus cōsecutus est eos tāq; i solido gradiens nō ut poete Orionē mentiūt i pelago inci-  
dentē qui demersa corpis pre: humero sup̄heminet undas. Et rursus eum obdermuif-  
set in nauē: & uentus usq; ad extremum piculum sæuire cœpisset: excitatus somno si-  
lere protinus untum iussit & fluctibus qui maximi ferebāt̄ cōquiescere statimq; sub  
uerbo eius tranquilitas insecuta est. Mentiunt̄ fortasse litteræ docentes tantā fuisse in  
eo potestatem: ut i perio suo cogeret uentos obsequi: maria seruire: morbos cedere: i  
feros obedire. Quid q; eedē sibyllæ carminibus suis ante docuerunt: quarū una cu-  
ius supra fecimus mentionem: sic ait:

τους ανεμωνσ πανσ ειλογωσ πρωσει δαταλασ

Orion

LIBER QVARTVS

μαῖνομένην: ποσὶν ἐκρήνησ' πισεῖ τεπατισσασ. i. uētos cōpescet: sterneret ātisanū  
 mare pedib' fideq; calcans. Et rursus alia quæ dicit,  
 κοματαπερευσεῖνοστονάνθρωπωναπολυσε  
 ζησειθεόρητοσ' απωσεταιαλγεαποκλοισ'  
 εκμιασ'πηγηςαρτουχορτοσ' εσσεται κηδρον. i. flui' pambulabit: morbos ho  
 minū resoluet: uiuificabit mortuos arcebit dolores a multis. Ex uiuo fonte potus satie  
 tas erit uiris. His testimoniis qdā reuicti solent eo cōfugere: ut aiant nō illa esse carmina  
 Sibyllæ: sed a nr̄is ficta atq; cōposita. Quod pfecto non putabit q Cice. Varronemq;  
 legerit: aliosq; ueteres: q Erythræam Sibyllā cæterasq; commemorant: ex quarū libris  
 ista exēpla pferimus: qui auctores obierunt anteq̄ Christus secūdū carnē nasceretur  
 Verū nō dubito: qn illa carmina priorib' t'pibus p deliramēto sint hita: cū ea nō itel  
 ligeret: Denūciabūt. n. mōstrosa quædā miracula: quorū nec rō: nec t'ps: nec auctor de  
 signabat. Deiq; Erythræa fore ait: ut diceret infana & mendax. Ait. n. φισουσ' ινοσιφου  
 λην μαῖνομένην χ' ψεισ' τρία κ' εμεπαν' λευενηται απαν' ατατηνικα μου μηκ'  
 μην ποίησετε και ουκετι με ουδεις μαῖνο μενην φησ' εκτηνηθεου με γαλοιο  
 προφητην. i. dicent insanā uatem & mendacē me. Cū aut facta fuerint uniuersa tū mei  
 meminerint: neq; me iā qsq; mendacē dicet dei magni ppheten. Latuerūt igit' multis se  
 culis: postea uero ai aduersa sūt: quæ Christi natiuitas & passio patefecit arcana sicut et  
 uoces pphetarū: quæ tū p annos mille quingentos uel eo amplius lecte fuissent a popu  
 lo iudæorū: nec tñ intellectæ sunt: nisi postq̄ Christus & uerbo & opibus interpretatus  
 est. Illum. n. pphetæ anuciauerunt: nec ullo modo poterant quæ illi loquebantur in  
 telligi: nisi fuissent uniuersa completa.

De passione Christi quæ iudæis est scandalo & stultitiæ gentibus: quomodo sum  
 mam uirtutem contineat & ueram & singularem sapientiam & ueritatem sicut pphe  
 tæ fuerunt prælocuti. Ca. xvi.

Enio nunc ad ipsam passionem: quæ uelut opprobrium nobis oblectari solet  
 & hoïem: & ab hoïbus insigni supplicio affectū & excruciatū colam' ut doceā  
 u eam passionem ab eo cū magna & diuina rōe susceptā: & in ea sola & uirtutē  
 & ueritatē & sapiam cōtineri. Neq; n. si beatissimus in terra fuisset: & p oēm uitā in sū  
 ma felicitate regnasset: qsq; illū sapiēs aut deū credidisset: aut honore diuino dignū iudi  
 casset qd faciunt ueræ religiōis exptes: q caducas opes: & fragile potentia: & alieni be  
 neficii bona non tm suscipiunt: uerū et cōsecrant & sciētes memoriæ mortuorū deser  
 uūt: fortunā iā extinctā colentes quā ne uiuā qdem præsentemq; sapientes colendā si  
 bi unq̄ putauerūt. Nec: n. pōt aliqd in rebus terrenis esse uenerabile cæloq; dignū: sed  
 sola est uirtus: sola iustitia. quæ pōt uerū bonū & cæleste & ppetuū iudicari: qā nec da  
 tur cuiq; nec auferē: qā uirtute ac iustitia: quoniam Christus instructus uenit i terrā: im  
 mo uero quoniam ipse ē uirtus: & ipse iustitia descēdit: ut eā doceret hoïemq; formaret  
 Quo magisterio ac dei legatōe pfectus ob eā ipsam uirtutē quā simul & docuit & fe  
 cit ab oib' gētib' & meruit: & potuit deus credi. ergo cū magn' populus ad eū uel ob  
 iustitiā quā docebat: uel ob miracula quæ faciebat subinde cōflueret. & præcepta eius  
 audiret: & a deo missū deiq; filiū crederet. tū primiores iudæorū & sacerdotes ista stiu  
 lati: q; ab eo tāq; peccatores increpabāt. & inuidia deprauati. q; cōfluēte ad eū multitudine  
 cōtēni se ac deserui uidebāt: q; caput sceleris illorū fuit stultitia & errore cæcati. & ime  
 mores præceptorū cælestiū ac pphetarū coierunt aduersus eū. ipiūq; cōsiliū de eo tollē  
 do cruciādoq; cœpunt qd pphetæ multo antescriserāt. Nā & Dauidi pncipio psal  
 i

DIVINARVM INSTITVTIONVM

Salomon

morū suorū puidēs i spiritu q̄tū facin<sup>9</sup> admissū. i eēt; beatū eē ait. q nō abierit i cōsilio ipiorū. Et Salomō in li. sapiaē his uerbis usus ē. Circūueniamus iustū: qm̄ insuaui ē nobis & exprobat nobis peccata legis: p̄mittit se sciam dei habere: & filiū dei se noiāt: factus est nobis in traductōem cogitationum nostrarū: grauis est nobis ē ad uidendum quoniam dissimilis est aliis uita illiud: & immutatae sunt uiaē illius: tāq̄ nugaces axistimati sumus ab eo: cōtinet se a uiis nostris: quasi ab immundis: & praefert nouissima iustorū: & gloriat<sup>r</sup> p̄m se h̄re deū. Videamus ergo si sermones illius ueri sūt: & tētemus quae uentura sūt illi. Cōtumeliis & tormentis iterrogemus eū: ut sciamus reuerentiā illius: & pbemus patientiam illius morte turpissima cōdemnemus eū. Hęc cogitauerūt & errauerunt. Excācauit. n. illos stultitia ipsorū: & nesciuerūt sacramenta dei. Nōne ita descripsit nefariū illud cōsiliū ab ipiis initiū contra deū: ut plane iterfuisse uideat<sup>r</sup>? Atq̄ a Salomōe q̄ hęc cecinit usq; ad id tempus quo gesta res mille ac decem anni fuerūt. Nihil nos fugimus: nihil addimus: Habebāt hęc: q̄ fecerūt legebāt i quos hęc dicta sunt sed & nūc heredes nois & sceleris illorū habent: & damnatōem suā p̄phetarū uoce p̄dictam quotidianis lectionibus p̄sonāt. Ne aliq̄n in cor suū quae pars est: & ipsa damnationis admittūr icrepiti. Ergo saepe a Christo iudāi exprobatē illi peccata & iniustitia & a populo pene deserti cōcitati sūt ad necandū. Cuius rei audaciam illis dedit humilitas eius. Nam cū legerent cū q̄ta uirtute & claritate fili<sup>9</sup> dei uēturus esset e caelo: Iesū aut cernerent humilem: q̄tum sordidū: in formen: nō credebāt filium dei esse: ignorantes duos aduētus eius a p̄phetis esse p̄dictos. Primū in humanitate carnis obscurū. Secundū in fortitudine carnis manifestū. De primo Dauid in psalmo septuagesimo primo sic ait. Descendet sicut pluuia in uellus. & orietur in diebus eius iustitia. & abūdātia pacis dōec extollat<sup>r</sup> luna. Sicut. n. pluuia si descēdat in uellus: ai aduerti nō pōt: q̄a strepitum nō facit: ita Christū in terram sine cuiusq̄ suspicionē uenturū esse dixit. ut iustitiam doceret & pacem. Esaia quoq; ita tradidit: Domine q̄s credidit auditui nostro: & brachiū nostrū cui reuelatū ē? Anūciauimus coram ipso sicut pueri. & sicut radix in terra si ticti nō ē figura eius neq; claritas: & uidimus illū & non habuit figurā neq; decorē: sed figura eius sine honore & deficiēs praeter ceteros hoies homo in plaga positus & sciens ferre ibecillitatē: q̄a auersus est: & nō est cōputatus. Hic p̄ca nostra portat: & p̄ nobis bis dolet: & nos putauimus ipsum esse in dolore & in plaga & uexatōe. Ipse aut uulneratus est p̄ facinora nostra. & infirmatus est p̄ peccata nostra: doctrina pacis nostrae super illum: liuore eius nos sanati sumus. Omnes sicut oues errauimus. & deus tradidit illum pro peccatis nostris. Et Sibylla eodem modo locuta est:

οικτῖωσ ἀτιμωσ ἀμορφωσ ἐνοικτῖοισ ἐλπιζαλωσει. i. miserabilis: ignominiosus i formis: ut miserabilius spem praebat. Propter hanc humilitatē deū suum nō agnoscentes inierant cōsiliū detestādum: ut priuarēt eum uita: q̄ ut eos iustificaret: aduenerat.

Quod calūniati sūt eū quasi legis destructorē: & qd̄ p̄figurauerit circūcisio. Et q̄re in illo iussa sit fieri membro. Et quare prohibitum sit carne suilla uesci. Ca. xvii.

Ed ira atq; iuidiā suā quā in cordibus gerebāt intus iclūsā: alias causas praeferebāt: q̄ legē dei p̄ Moysen datā solueret. i. q̄ sabbatis uō uacaret opans i salutē hoīū: q̄ circūcisionē uacue faceret q̄ abstinentiā suille carnis auferret. In quibus rebus iudaicae religionis sacramēta cōsistūt. Ob hęc itaq; cetera ps populi quae nōdū ad Christū secesserat: a sacerdotib<sup>9</sup> icitabat<sup>r</sup>: ut ipiū iudicaret eū: q̄ legē dei solueret cū hoc ille nō suo iudicio: sed ex dei uolūtate & secundū praedicta faceret p̄phetarū Micheas i nouā legē daturū denūtiatū hoc mō. Lex de Syon: & sermo domini ex Hie

## LIBER QVARTVS

rusalē; & iudicabit inter plurimos populos & reuicet; & diriget ualidas natōes. Illa. n. p̄ior lex quæ p̄ Moysen data est nō in mōte Syon: sed in mōte Oreb data ē: quā Sibyl la fore ut a filio dei solueret: oñdit. αλλοτὰν ταυτα απαντα τελειωθη απερει πο- νεισ αυτου πασ λυσε ται νομοσ. i. sed qñ hæc oia p̄fecta erūt quæ dixi in ipsū ois lex soluet. Sed & ipse Moyses p̄ quē datā sibi iegē dū p̄tinaciter tueret exciderūt a deo sed deū nō agnouerūt: p̄æ dixerat fore ut p̄pheta maximus mitt eret a deo qui sit supra legem: qui uolūtate dei ad hoies p̄ferat. In Deuteronomio ita scriptū reliq̄t. Et dixit do minus ad me: p̄phetā excitabo eis de fr̄ibus eorū sicut te & dabo uerbū meū i os ei⁹ & loquet̄ ad eos ea quæ p̄æcepto ei⁹: & q̄s non audierit ea quæ loquet̄ p̄pheta ille in no mine meo. ego uīdicabit i eū. Denūciauit. s. dominus p̄ ipsū legiferū: q̄ filiū suū. i. uia p̄æsentēq̄ legē missurus eēt: & illā ueterē p̄ Moysen datā soluturus: ut denuo p̄ eū q̄ esset æternus: legē sanciret æternā. Itē de circūciōe soluēda esaias & p̄phetauit: Hæc dicit dominus uis Iuda q̄ hitāt i hierusalē. Reuocate inter uos nouitatē: & ne semina ueritis in spinis. Cūcidite uos dominō deo n̄ro: & circūcidit te p̄æputiū cordis uestri ne exeat ira mea sicut ignis. & nō sit q̄ extinguat. Itē Moyses ipse. In nouissimis dieb⁹ circundet dominus eor tuū ad dominū deū tuū amandū. Itē iesus Nave successor eius Et dixit dominus ad Iesum. Fac tibi cultellos petrinos nimis acutos & se de & circun- cide secūdo filios Israel: secunda u circūcisionem futuram esse dixit non carnis sicut fu it prima: qua etiam nunc Iudæi utuntur: sed cordis est i spiritus quam tradidit Christus qui fuit uerus Iesus Nou. n. p̄pheta sic ait. Et dixit Iesus ad me: sed ad Iesum ut ostende ret q̄ nō de se loqueretur: sed de Christo: ad quē tuuc deus loquebatur Christi. n. figu ram gerebat ille iesus: q̄ cū primū a ues uocaretur: Moyses futura p̄ntiens iussit eū iesū uocari: ut dux milia delectus esset aduersus Amalech: q̄ oppugnabat filios israel: & ad uersariū dobellaret p̄ nois figurā: & populū i tetra p̄missionis iduceret. Et iccirco moy sic successit: ut oñderet nouā legē p̄ iesū Christū datā ueteri legi successurā: q̄ data p̄ Moysen fuit Nā illa carnis circūciō caret: utiq̄ rōne: q̄ si deus id uellet: sic a p̄cipio formasset hoiem: ut p̄putiū n̄ h̄ret: sed hui⁹ secū: æ circūciōis figura erat. significās nu dandū eē p̄ctus. i. apto & simplici corde oportere nos uiuere: qm̄ pars illa corpis q̄ cir cuncidiē: habet q̄dā similitudinem cordis & est pudenda: Et ob hanc cām deus nudati eā iussit: ut hoc argumento nos admoneret: ne i uolutū p̄ct⁹ h̄remus. i. ne qd̄ puden dū facinus i tra cōscia secreta nellemus. Hæc est cordis circūciō: de qua propheta lo- quunt̄ q̄ deus a carne mortali ad aiām transtulit: quæ sola mēsurā est. Volens. n. uitæ ac salutis n̄æ p̄ æterna sua pietate cōsulere: p̄cēnitentiā nobis i illa circūciōe p̄posuit: ut si cor nudaueris. i. si peccata cōfessi satis deo fecerimus: ueniā cōsequamur quæ cō tumacib⁹ & admissa sua cælātib⁹ denegat̄ ab eo: q̄ nō faciem sicut hōs: sed itima & arca na pectoris ituet̄. eodem ēt spectat carnis suilla iterdictio: a qua cō deus abstinere iussit id potissimum uoluit intelligi: ut se a peccatis atq̄ imūditis abstinere: est. n. lutulen tū hoc aiāl & imundū: nec unq̄ cælū aspicit & i terra toto corpore p̄iectū & ore uētri sp & pabulo seruit: nec ullū aliū dū uiuit: p̄æstare usum pōt: sicut cætere aiāntes q̄ uel se- dendi uehiculū p̄æbent: uel icultibus agrorū iuuant: uel plaustra collo trahūt. uel one ra tergo gestāt: uel idumentum exuuiis suis exhibent: uel copia lactis exuberāt: uel cu stodiendis domibus i uigilāt. iter dixit ergo ne porcina carne uelceretur. i. ne uitā porco rum imitarētur: q̄ ad mortē nutriunt̄: ne uētri ac uoluptatibus seruiētes: ad faciēdam iustitiam iutiles essēt: ac morte afficerentur. Item ne se foedis libidinibus immergerent si- cut sus: quæ se cœno igurgitat: uel terrenis seruiēt simulachris: ac se luto inquinat lu-

DIVINAR VM INSTITVTIONVM

to enim se obliniunt qui deos. i. qui lutum terramq; uenerant: sic uniuersa p̄cepta iudaice legis ad exhibendam iustitiam spectant; quoniam per ambagem data sunt: ut per carnalium figuram spiritalia noscerentur.

Quæ cā & q̄s fuerit ordo dñice passionis: & q̄b̄ sit p̄nūciata oraculis. Ca. xviii.

Vm igit̄ ea q̄ def̄ uoluit fieri: quæq; p̄ p̄phetas suos multis sæculis añ p̄dixit

Christ̄ impleret. Ob ea icitati & diuicias lras nesciētes coierūt: ut deū suū cōdemnarent. Quod cū sciret futurū: ac subide diceret oportere se pati: ac iterfici p̄

salute multorū: secessit tñ cum discipulis suis: nō ut uiraret qd̄ necesse erat p̄peti ac sustinere: sed ut oñderet q̄ ita fieri oporteret in oī persecutōe: ne sua quis culpa incidisse uideat̄: ac denūciauit fore: ut ab uno eorū p̄deret̄. Itaq; iudas p̄m̄io illectus tradidit filiū dei iudæis. At illi cōp̄r̄hensū ac Pontio Pilato (q̄ tum legatus Syriā regebat) oblatū: cruci affigi postulauerunt; obiiētes ei nihil aliud: nisi qd̄ diceret se filiū dei eē: regē iudæorū. Itē q̄ dixerat: Si solueritis hoc tēplū qd̄ ædificatū est annis. xxxvi. ego illd̄ sine manibus i triduo resuscitabo: significās breui futurā passionē suā: & se a iudæis iterfectū tertio die resurrecturū. ipse erat. n. uerum dei templum. Has uoces eius tanq̄ infaustas & impias insectabāt.

Iudas

Pilatus

Quæ cū pilatus audisset: & ille in defensionē sui nihil diceret; p̄nūciauit nihil eo damnatōe dignū uideri. At iniustissimi accusatores cū populo quē incitauerant: succlamare cœpunt: & crucē eius uiolentis uocib̄ flagitare. Tū potius & illorū clamoribus & Herodis tetrarche instigatōe metuentis ne regno p̄elleret uinctus est. Nectñ ipse suam ptulit: sed tradidit eū iudæis: ut ipsi de illo secundum legem suā iudicaret. Duxerunt ergo eū flagellis uerberatū: & prius q̄ cruci affigerēt illuserunt. indutū. n. coloris p̄uice ueste ac spinis coronatū quasi regē salutauerūt: & dederunt ei cibū fellis: & miscuerūt ei acetū potione. Post hæc cōspuerūt i facie ei: & palmis ceciderūt. Cumq; ipsi carnifices de uestimētis eius cōtenderēt: sortiti sunt iter se de tūca & pallio. Et cū hæc oīa fierent: nulā uocem ex ore suo tanq̄ si mutus esset: Tū suspēderūt eū iter duos maxios mediū. q̄ ob latrocinia damnati erāt: cruciq; affixerūt. Quid ergo in tāto facinore deplorē? Aut q̄bus uerbis tñ nefas cosequar. Non. n. Gabianam crucē describimus: quā. M. Tul. uniuersæ eloquētix suæ uerbis ac uirib̄ uelut effusis totius ingenii fōribus p̄secutus est: facinus indignū esse p̄clamās ciuē Rōanū cōtra oēs leges i cruce eē sublatū. Quis quāuis inocēs fūerit: & illo supplicio idignus: mortalis tñ & ab hoīe scelesto q̄ iustitiā ignoraret: affectus ē. Quid de huius crucis idignitate dicem̄ in qua deus e cultoribus dei suspensus atq; suffixus est: Quis tā facūdus & tanta rerū uerborūq; copia instructus existet quæ oīo tantæ affluentix ueritate decurrens: ut illā crucē merito deplorēt. quā mūdus ipse & tota elemēta iuxerunt: Hæc at̄ sic futura fuisse & p̄phetas uocibus: & sibyllinis carminibus denūciatū ē. Apud Esaiā ita scriptū iuenit. Nō sū cūrumax: neq; cōtradico: dorsū meū posui ad flagella: & maxillas meas ad palmas faciē at̄ meā nō auerti a sceditate sputorū. similiter Dauid i psalmo. xxxiiii. Cōgregata sunt sup me flagella: & ignorauerūt: dissoluti sunt: nec cōpuncti sūt t̄pauerunt mei: & deserierunt derisu: & striderunt dētibus suis sup me: Sibylla quoq; eadē futura monstrauit.

εσ ἀνομονσ χειράσ και απιστωνυσ τερονηξει  
 λωσονσ ιδεθωραπισ ματα χερσ ινα αγνοισ  
 και στομασιν μιαρουσ ιν πτυσ ματα φαρ μακοητα  
 λωσειδεις μας τιγασ απλωσ αγνον τοτε ηωτων. i. i man̄ iniq̄s & ifidelīū postea ueniet dabūt deo alapas māibus icestis: & oribus imūdis expuet saliuas uenenofas

LIBER QVARTVS

Dabit at i uerba oio inocēs dorſū: Itē de filētio eius qđ usq; ad mortē p̄iaciter tenuit. Esaiās sic locutus ē. Sicut ouis ad imolādū duct⁹ ē: & sicut agnus corā tōdētib⁹ sine uoce sic nō aperuit os suum. Et Sibylla supradicta.

καὶ στεφάνου φορέσει του ακανθίνου. i. & collaphos accipiēs tācebit; neq; agnoscat q; uerbū & uñ uenit; ut mortuis loquat⁹: & coronā portabit spineā. De cibo uero & potu quē añq; eū figerēt illi obtulerūt. Dauid i psalmo. lxxviii. sic ait. Et dederūt i escam meā fel & in siti mea potauerunt me aceto. idem hoc futurū ēt Sibylla cōcionata est.

εισ λετοφρο μαχοληνεις διψανθφοσ ελωκκην  
τησ αφιλοξενιασ ταυτων δει ξcus ιτραπεζαν. i. in cibū at fel. i. sitim acetū dederūt hospitalitatis hanc mōstrabūt mensā: & alia Sibylla iudæā terram his uerbis increpat; αντιγάρσ υαφωων τοσ ονηνον ουκε νοι ουκενοισ ασ:

παιζοντα θην τοισ ινοιμασ ιν αλλα κανκανταισ  
ισ τεψασ στεφανου φορεριντε χολην εκερασασ. i. cū. n. stulta deū tuū nō cognouisti; iudētē mortaliū mētibus; sed & sp̄inis corōasti corōa; horridūq; fel miscuisti. Fore at ut iudæi māus iferrēt deo suo eūq; iterficerēt testimōia pphetarū hęc añcesserūt. apđ

Esdra ita scriptū est. Et dixit Esdras ad populū. Hoc pasca saluator n̄r est: & refugium

Esdra

nostrū cogitate: & ascēdat i cor uestrū. qm̄ hēmus hūiliare eū i signo: & post hęc spabi

mus i eū: ne deserat hic locus i æternū tps dicit dñs: deus uirtutū. Si nō credideritis i eū

neq; exaudieritis anūciatōem eius: eritis derisio i gentib⁹ Vnde appet iudæos nullā ali

am spē h̄re: nisi se abluerit a sanguine: ac spauerint in eū ipsū: quē negauerūt Esaiās cū fa

cinus eorū designat: dicit: In hūiliate eius iudiciū sublatū est. Natiuitatē eius qs enarra

bitur: qm̄ auferē a terra uita eius: a facinoribus populi mei abduct⁹ est ad mortē & da

bo mallos pro sepultura eius & diuites p morte eius qa facius nō fecit: neq; inuentus

est dolus i ore eius. Propterea ipse h̄ditabit multos & fortiū diuidet spolia ppterea q;

tradit⁹ est ad mortē & iter facinorosos deputat⁹ ē: & ipse pcm̄ multorū ptulit: & pp fa

ciōra illorū. Dauid quoq; fecit i psal. xliiii. Captabāt i aiām iusti & sāguinē innocentē con

dēnabūt: & factus est mihi dñs i refugiū. Et Hieremias: Dñe significa mihi & cognos

cā: tūc uidi meditatōes eorū: ego sicut agnus sine macula pductus sū ad uictimā in me

cogitauerūt cogitationem dicentes. Venite mittamus lignū in panem eius: & eradam⁹

e terra uitā eius: & nomen eius nō erit in memoria āplius: Lignū at crucem significat &

panem corpus eius: qa ipse est cibus & uita oium q credunt in carnem quā portauit &

in crucem in qua pependit: de qua tñ aptius ipse Moyses in Deuteronomio ita p̄dica

uit: Et erit pendens uita tua ante oculos tuos: & timebis die ac nocte & non credes uite

tua. Idem rursus in numeris: Non quasi homo dominus suspenditur: neque quasi fili⁹

hois miaspatit Zacharias etiam sic tradidit. Et intuebuntur in me: quem trāstixerūt

Itē Dauid i psalmo. xxi. Effodēt man⁹ meas & pedes meos: dinūerauerūt oia ossa mea.

ipsi at cōtēplati sunt & uiderūt me: & diuiserunt sibi uestimenta mea: & sup uestē meā.

miserūt sorte. Quæ utiq; ppheta nō de se locut⁹ est: Fuit. n. rex & nūq; illa p̄pessus est:

Spūs dei p illū loqbat⁹ q fuerat illa passurus post ānos mille & qnquaginta. Tot. n. col

ligunt⁹ anni a regno Dauid usq; ad crucē Cristi. Sed & Salomō filius eius: q Hierosoli

mā cōdidit: eā ipsā piturā eē i uktionē sācte crucis pphetauit. Quod si auertimini a me

dicat dominus: & nō custodieritis ueritatē meā reiciā istael a terra q dedi illis: & domū

hęc: quā ædificauī illis i noie mō pitia illā omnibus: & erit israel i p̄ditionē & i op̄pbrū

populo: & domus hęc erit deserta: & ois q trāsfibit p illam: admirabit⁹ & dicet. Propter

quam rem fecit dominus terræ huic & domui huic hęc mala: Et dicent. Quia relique

DIVINARVM INSTITVTIONVM

tunt dominum deum suum: & persecuti sunt regē suū dilectissimum deum: & crucia uerunt illum in humilitate magna: pp hoc importauit deus illis mala hæc.

De miraculis quæ in passione dñi contingerunt: de sepultura & resurrectione: & a quibus testimoniis pphetarum fides roboretur istorum. Ca. xix.

Vidē aplius de facinoribus iudæorū dici pōt: q̄ excecatos tum fuisse atq; ifana bili furore correptos: q̄ hæc quotidie legētes nec itellexerūt: neq; qn facerent cauere uoluerūt. Suspēsus igit atq; affixus excalamauit ad dñm uocē magna & ultro spūm posuit. Eadē hora terrā motus fact⁹ ē. Et uellū templi: qd se pabat duota bernacula: scissum est i duas ptes: & sol repēte subductus ē. & ab hora sexta usq; ad nonam tenebræ factæ sūt. Qua de re Amos ppheta testat⁹: Et erit in die illo dicit dñs occidet sol meridix: & tenebrabit⁹ dies lucis. & conuertā dies festos uros i luctū: & cātica uestra i lamēratione. Itē Hieremias: Exterrita est q̄ parit & teduit aiām: & subiuit sol ei cum adhuc medius dies esset cōfusa est & maledicta: reliquos eorū in gladiū dabo in cōspectu inimicorum. & Sibylla ait.

ΝΑΟΥΔΕΘ ΧΗΤΛΗΣΕΤΑΙ ΑΕΤΑΣ ΜΑΤΑΚΑΙ ΗΜΑΤΙ ΜΕΣΣΩ  
 ΝΥΞΕΣΤΑΙΣ ΚΟΤΟΙΣΣΑ ΠΕΛΟΡΙΟΣ ΕΝ ΤΡΙΣΙΝ ΩΡΑΙΣ. Idest tēplū uero scindet⁹ uelū: & medio die nox erit tenebrosa nimis tribus horis. Cū hæc facta eēnt: ne pdigiis qdē caelestib⁹ facin⁹ suū intelligere querūt. Sed qm̄ prædixerat se tertio die ab inferis resurrecturū: metuētes ne a discipulis surrepto & amoto corpore uniuersi resurrexisse eū crederent & fieret multo maior i plebe cōfusio. Detraxerūt eū cruci: & cōclusū i monumēto firmiter militari custodia circūdiderūt. Verū tertio die ante lucem terrā motu facto repēte patefactū est sepulchrū. & custodibus quos attonitos obstupescerāt: pauor nihil uidētibus ieger e sepulchro ac uiuis egressus i Galileā pfectus ē: ut discipulos suos q̄reret In sepulchro uero nihil reptū ē: nisi exuuiæ: qb⁹ iuolutū corpus icluserāt. Illū aut apud iferos nō remāsūrū: sed die tertio resurrecturū ppheta cecinerāt Dauid i psal. xl. Nō derelinques aiām meā apud inferos. nec dabis sātū tuū uidere iteritum Item i tertio: Ego dormiui & somnū cœpi: & resurrexi: quoniā dominus auxiliatus ē mihi. Osee quoq; prim⁹ xii. pphetarū d̄ resurrectione ei⁹ testificat⁹ ē. Hic fili⁹ me⁹ sapiēs: pp quos nūc nō resistet i tribulatione filiorū suorū: & d̄ māu iferorū erua eū. Vbi ē iudiciū tuum mors: aut ubi ē acule⁹ tu⁹. Idē alio loco: Viuificabit nos post biduum die tertio. Et ideo Sibylla impositum esse morti terminum dixit post triduum somnum.

ΚΑΙ ΤΟ ΤΑΠΥΦΟ ΙΜΕΝΩΝ ΑΝΑΔΙΣΑΣΕΙ ΣΑΦΑΟΣ ΕΞΕΙ  
 ΠΡΩΤΟΣ ΑΝΑΣΤΑΔΕΩΣ ΚΛΗΤΟΙΣ ΑΡΧΗΝ ΥΠΟΔΕΙΞΑΣ. i. morris fatū finiet triū dierū sōno suscepto: & tūc a mortuis egressus i luce ueniet: primus resurrectionis uocatis initiū ostēdēs. uitā. n. nobis acq̄suiuit morte supata. Nulla igit spes alia cōsequēdæ i mortalitatis hōi dat⁹: nisi crediderit i eū & illā crucē portādā patiendāq; suscepit.

Quod pfecto i Galileā domio post resurrectionē discipulis scripturarū referuauit arca Et q̄re lex uet⁹ dicat⁹ testamētū: nec potuerit ielligi arē mortē dōni. Et qd nouum testamētū ueteris adimplectio est. Et quibus hoc arē pdictū sit i testimoniis. Cap. xx.

Rosctus ergo i Galileā uoluit. n. se Iudæis ostendere. ne adduceret eos in p̄ni tētiā atq; ipios referuaret. Discipulis iterū cōgregatis scripturæ s̄ctæ litteras. i. pphetarū arcana patefecit: q̄ anteq̄ pateret p̄spici nullo mō poterāt: q̄ ipsū passionēq; ei⁹ anūtiabāt. Iccirco Moyses & idē ipsi ppheta legē q̄ iudeis data erat: testamētū uocāt: q̄ nisi testator mortuus fuerit. nec confirmari testamētū pōt: nec sciri qd in eo scriptū sit. q̄ clausum et obsignatū est. Ita q; nisi Christus mortem suscepit:

## LIBER QVARTVS

set apiri testamentū: i. reuelari & itelligi mysteriū dei nō potuisset. Verū scriptura oīs i duo testamēta diuisa est. Illud qđ aduentū dñi passionēq; aīcessit. i. lex & pphetae ue tur dicit. Ea uero que post resurrectōem eius supra scripta sūt. nouū testamētū noiāf iudai ueteri utunt: nos nouo sed tñ diuisa nō sunt qa nouū ueteris adimpletio est: & in utroq; idē testator est Christus: q; p nobis morte suscepta: nos heredes æterni regni se cic abdicato & exheredato poulo iudæorū sicut Hieremias ppheta testat cum loquit talia. Ecce dies ueniunt dicit dominus: & cōsumabo domū Israel & domū iuda testa mentū nouū nō secūdū testamētū qđ disposui patribus eorū i die qua apphēdi manū eorū: ut illos educerem e terra Aegypti: qa nō pseuerauerūt i testamēto meo: & egone glexi eos: dicit dominus. Itē alio loco similiter ait: Dereliq; domū meā: dimisi hæredita tem meā in manu inimicorū eius. Facta est mihi hæreditas mea sicut leo i silua. Dedit sup me uocē suā. iō odiū eā cū sit hæreditas cælestis regnū. Non utiq; ipsā hæreditatē se occidisse dicit: sed hæredes q; aduersus eū ingrati & ipiū extiterūt. Facta est iqt hære ditas mea mihi sicut leo. i. pda & deuoratio: factu sū hæredibus meis: q; me imolaue runt sicut pecus: dedit sup me uocē suā. i. sniam aduersus me mortis crucisq; dixerunt. Nā q; supius ait cōsumaturū se domū iuda testamentū nouū: ostendit uetus illud te stamentū: qđ p Moysen est datū nō fuisse pfectum: id qđ p Christum dari haberet cō sumatum fore. Domus at iuda & israel nō utiq; iudæos significat: quos abdicauit sed ños qui ab eo cōuocati ex gentibus in illorū locum adoptionemq; successimus: & appel lamur filii iudæorū: quod declarat Sibylla cum dicit: *ιουδαϊστων ακαρπιον θειον γε νοσ ουραν ιωυου*. i. iudæorū beatū diuinū genus cælestiū. Qđ at futurū eēt id Esaias docet: apud quē p̄ sumus ad filiū loq; dicēs. Ego dñs de<sup>o</sup> uocaui te ad iustitiā & tene bo manū tuā & cōfirmabo te & deditē i testamētū generis mei i lucē gētiū apire oculos cæcorū pducere ex uinculis alligatos: & de domo carceris sedētes i tenebris. Cū igitur nos antea tanq; cæcis: & tanq; carcere stultitiæ iclusi sederemus in tenebris. ignorantes de nm: & ueritatem illuminati ab eo sumus: qui nos testamento suo adoptauit & libera tos uinculis malis atq; in lucem sapientiæ pductos i hæreditatem regni cælestis asciiuit

De ascensione domini: diuisione discipulorū ad nascentis ecclesie fundamentū iaci endum & roborandum: & miraculis eorū: & quō Petrus & Paulus Romam uenientes pphetauerunt regē in breui uenturū: q; Hierosolimam destrueret: & iudæos deleret: eo dem modo quo postea contigit.

Ca. xxii.

Rdiato uero discipulis suis euāgelio ac noiis sui p̄dicatiōe: circumfudit se repē te nubes eūq; i cælū sustulit quadragesimo post passionē die sicut Daniel fore onderat dicens. Et ecce i nubib<sup>9</sup> cæli fili<sup>9</sup> hois ueniēs usq; ad uetustū dierū p uenit. Discipuli uero p puiciās disp̄si fundamēta ecclesia ubiq; posuerūt faciētes & ipsi noiē maḡi dei magna & pene incredibilia miracula: qa descendēs istruxerat eos uirtute ac p̄tate: qua posset nouæ anuñciationis rō fundari & cōfirmari: sed & futura apuit illis oia q; Petr<sup>9</sup> & Paulus q; Rōe p̄dicauerūt: & ea p̄dicatio in memoriā scripta pmanit i q; cū multa alia miratū eēt hoc futurū eēt dixerunt: ut post bræue tps̄ imieteret de<sup>o</sup> regē q; expugnaret iudeos: & ciuitates eorū solo adeq̄ret. Ipsos at fame sitiq; cōfectos obside ret. Tū fore ut corporibus suorū uescerent: & cōsumerent se iuicē. Postremo ut capti uenirēt in manus hostiū & i cōspectu suo acerbissime cōiuges suas uexari cer nērēt: uil lar i ac p̄stitui uirgines: diripi pueros allidi paruulos: omnia deniq; igni ferroq; uastari captiuos in ppetuum terris suis exterminari: eo q; exultauerūt super amantissimum & pbatissimum dei filium: itaq; post illorum obitum: cum eos Nero interemisset: iudæo

DIVINARVM INSTITVTIONVM

rūm gentem & nomen Vespasianus extinxit: fecitq; oīa quæ illa futūra prædixerant.

Quod argumentis reuincendi sunt qui diuinis detrahunt sacramentis & qbus argumentis utantur infideles: ut dominicæ incarnationis fidem euacuent. Ca. xxi.

 Vñ merū tribuat dat mō uitis aquā (mel      Sollicitā: sed redde fidē precor: alma ptās:  
 Cortice de matris tenera lanugine surgēs      Tertia lux redit: surge sepulte meus  
 Preparat ad partū turgida gēma sinuth.      Nō decet ut uili tumulo tua mēbra tegāt  
 Subq; hyemis tēpus filiorū crine reuulso      Nō precium mundi uilia saxa premant.  
 Iam reparat uiridās frōdea tecta nemus:      Indignū est cuius claudūc cūcta pugillo  
 Mixta salix: abies: coril? siler: uulnuis: acer.      Vt regat iuclusum rupe uetante lapis.  
 Plaudit q̄q; suis arbor amœna cōis (nux      Litea tolle precor: sudana lique sepulchro  
 Cōstructura suos apis hic aluearia liquēs      Tu satis es nobis: & sine te nihil est:  
 Floribus instrepitās poplite mella rapit      Solue cathenatas inferni carceris umbras:  
 Adcātus reuocat auis: quæ carmie clauso.      Et reuoca sursum quicquid ad ima ruit.  
 Pigrior hyberno frigore muta fuit.      Redde tuā faciē: uideāt ut sacula lumen  
 Hinc philomena suis attēpat organa cānis      Redde diem: qui nos te moriente fugit.  
 Fitq; repulso dulcior aura melo.      Sed plāe iplesti remeās pie uictor olympi  
 Ecce renascētis testatur gratia mundi.      Tartara pressa iacent: nec sua iura tenēt

NEPHYTHOMON

Inferius ifaturabiliter caua guttura pēdēs Addit hac fælix cōcors mercede sacerdos  
 Qui raperet semper sit tua præda deus. Qui dare uult domino dupla talēta suo.  
 Eripis innumerū populū de carcere mortis: Ad meliora trahēs gentili errore uagātes:  
 Et sequitur liber, quo suus autor abis. Bestia ne raperet munit ouile dei.  
 Euomit absortā pauidā fera bælua plebē: Quos pri⁹ eua nocēs fecerat: hos mō red  
 Et fauce lupi subtrahit agnus oues. Ecclesiæ pastor ubere lacte sinu. Cdit  
 Hic tumulū repetēs post tartara carne fū FINIS  
 Belliger ad cælos āpla trophea r̄fers (pta Arguit hic hominū sectas Lactancius oēs  
 Quos hūit pœnale chaos: iā reddidit iste: Septeno falsas codice uera docēs.  
 Et quos mors peteret: hos noua uita tenet Siue deū tangat turbato lumine cernēs:  
 Rex sacer ecce tuī radiat p̄ magna trophēi Ira furor: gemino pernotat inde libro,  
 Cū puras animas sacra lauacra beant. Et uolucrū phœnix uersu cōprehēdit una  
 Cādīdus egredit nītidis exercitus undis. Quæ nostro nunq̄ pascit alma solo:  
 Atq; uetus uitiū purgat in amne nouo. Hicq; redēptoris nostri nō carmīa desunt:  
 Fulgētes aīas uestis quoq; cādīda signat: Quæ positū e tumulo dulce canēdo uocat  
 Et grege denūeo grauida pastor habet. Prefferat hūc pri⁹ mūdi caput iclyta rama  
 Post regina premit qppe colēda maris.

Nephythomon Lactancii Firmiani incipit.

Am si iustitia est ueri dei cultus: quid enim tam iustum ad æquita-  
 tem: tam piūm ad honorem: tam necessarium ad salutem: q̄ deum  
 cognoscere ut parentem: uenerari ut dominum: eiusq; legi aut præ-  
 ceptis obtemperare? Nescierunt ergo iustitiam philosophi: quia  
 nec ipsum deum agnouerunt: & ideo refelli putauerunt a Carneades  
 de: cuius hæc fuit disputatio nullum esse ius naturale. Itaque om-  
 nes animantes ipsa ducente natura commoda sua defendere: & ideo  
 iustitia si alienis utilitatibus consulat suas negliget: stultitiam esse dicendam. Quod si  
 omnes populi penes quos sit imperium: ipsiq; Romani: qui orbem totum possedere: iu-  
 stitiam sequi uelint ac suum cuiq; restituere: quod uī & armis occupauerunt ad casas  
 & egestatem reuertentur. Quod si fecerint: iustos dicemus equidem: sed tamen stultos  
 iudicare necesse est: qui ut aliis proliat: sibi nocere contendunt. Deinde si reperiat aliq; Carneades  
 hominem: qui aut aurum pro auricalco: aut argentum pro plumbo uendat per errorē:  
 atq; id tenere necessitas cogit: utrū dissimulabit & emet paruo: an potius iudicabit iu-  
 stus utiq; dicetur: quia non sefellit: sed idem stultus qui alteri fecerit lucrū: sibi damnū  
 sed facile de danno est. Quid si uita eius i periculum ueniet: ut eum aliquando necesse  
 sit aut occipere: aut mori: quid faciet? Potest hoc euenire: ut naufragio facto inueniat  
 aliquem imbecillum tabula inhaerentem: aut uicto exercitu fugiens: reperiet aliquem  
 uulneratum equo insidentem: utrum ne aut illum tabula: aut hunc equo deturbabit:  
 ut ipse possit euadere? Si uoluerit iustus eē nō faciet: sed idem stultus iudicabitur: q̄ dū al-  
 terius uitæ parcat: suam perdet. Si faciet q̄dem sapiens uidebitur: quia sibi cōsulet: sed  
 & idem malus: q̄ nocebit. Acuta ista sane: sed respōdere ad ea facere possumus. Immita-  
 tio enī uominū facit ut sic eē uideatur. Nam & iustitia imaginē habet stultitiæ nō tamē  
 est stultitia. Et malitia imaginem sapientiæ: non tamen sapientia est. Sed sicut malitia  
 ista i cōseruandis utilitatibus suis intelligens redargui uidetur quia non sapientia: sed  
 calliditas & asturia est: ita & iustitia non debet stultitia: sed innocentia nominari: quia

necesse est iustum esse sapientē: & eū qui sit stultus: iniustus. Nā neq; rō: neq; natura ip-  
 sa permittit: ut is qui iustus est: sapiens nō sit: quoniā iustus nihil utiq; facit: nisi qd re-  
 ctum & bonū ē: prauū & malū semp fugit. Quis autē discernere bonū & malū: prauū  
 & rectū noterit: nisi qui sapiens fuerit: Stultus autē malefacit: quia bonū & malū qd sit  
 ignorat: ideo peccat: quia nō pōt praua & recta discernere. Igitur neq; stulto iustitiam:  
 neq; iniusto sapiētiā cōuenire. Ergo stultus non est qui nec tabula naufragū: nec equo  
 sauciū deiecerit: quia se abstinuit a nocēdo quod est peccatū: peccatū autem uitare sapi-  
 entis est. Sed ut stultus prima facie uideat illa res efficit qui extinguit animā cū corpo-  
 re existimāt: iccirco omne cōmodū ad hanc uitā referūt. Si enī post mortē nihil est: utiq;  
 q; stulte facit: qui alterius animā parcat cū dispendio suā: aut q alterius lucro magis q̄  
 suo consuleret: si mors animā delet. Danda est opera: quo iustius cōmodiusq; uiuamus  
 Si ac uita post mortē superest aeterna & beata: hāc utiq; corporalē cū oibus terrā bonis  
 iustus ac sapiens cōtēnet: quia sciet qualē a deo premiū sit recepturus. Teneamus igit  
 innocentia: teneamus iustitiā: subeamus imaginē stultitiā: ut uerā sapiētiā tenere pos-  
 simus. Et si hoibus uideat ineptū ad stultū torqueri: & mori uellet q̄ liberā discet abire  
 si innoxia. Nos tamē omni uirtute omniq; patientia fidem deo exhibere nitamur. Non  
 mors terreat: nec dolor flagrat: quominus uigor animi & cōstātia icōcussa seruet. Stul-  
 tos nocent: dūmodo ipi stultissimi sint: & cæci: & hebetes & pecudibus æquales: q non  
 intelligant eē mortiferū relicto deo uiuo prosternere se: atq; adorare terrena: qui nesci-  
 unt ex illis aeternā pōnā manere: qui signēta insensibilia fuerint uenerati: & eos q nec  
 tormēta: nec mortē pro cultu & honore ueri dei recusauerint: uitam ppetuā cōsecutu-  
 ros. Hæc est fidelissima: hæc est uera sapiētiā: hæc perfecta iustitiā. Nihil ad nos atti-  
 nec: quid iudicent stultū: quid homunculi sentiāt. Nos iudiciū dei expectare debemus:  
 ut quos postmodū: q de nobis iudicauerit: iudicemus. Dixi de iustitiā quid esset: sequit  
 ut ostendam quid sit uerū sacrificiū dei: quis iustissimus ritus colendi: ne quis arbitret  
 aut uictimas: aut odores: aut dona præsentia desiderari a deo: a quo si fames: si sitis: si al-  
 gor: si omnium rerū terrenarūq; cupiditas abest: non ergo utitur his oibus: quæ tem-  
 plis aliisq; fictilibus inferūtur: sed sicut corporalibus corporale: sicuti incorporalibus i  
 corporale sacrificiū necessariū est. Illis quæ in usum tribuit hoī deus: ipse nō indiget. Est  
 omni terra ipsius sub potestate: nō indiget tēplo: cuius domiciliū mundus est: nō indi-  
 get simulacro: qui est & oculis: & mēte incōprehensibilis: nō indiget terrenis luminibus  
 qui solem cū cæteris astris in usum hoibus potuit accēdere. Quid igitur ab hoīe desi-  
 derat deus: nisi cultū mentis: qui est primus & sanctus. Nā illa quæ aut digitis fiūt aut  
 extra hoīem sunt: hoc sacrificiū uerū nō ē: nec quod ex arca: sed qd ex corde profertur:  
 nō quod manu: sed quod mēte libatur. Hæc acceptabilis uictimæ est: quā de seipso ani-  
 mus imolat. Nā quid hostiæ: qd thura: qd uestes: qui aurū: quid argētum quid precio-  
 si lapides conferūt: si colētis pura mēs non est. Sola ergo iustitiā est quā deus expetit.  
 In hac sacrificiū: in hac dei cultus est: de quo nunc mihi differēdū est: docendūq; in qui-  
 bus operibus iustitiā necesse sit contineri.

Vas eē humanæ uitæ uias: nec philosophis ignotū fuit: nec poetis: sed eas uti-  
 q; diuerso modo iduxerūt philosophi. Alterā industriā: alterā inertia eē uolue-  
 re: sed hoc minus recte: cū eas ad solius uitæ cōmoda rettulerūt: melius poe-  
 ta: alterā iustorū: alterā ipiorū esse dixerūt. Sed in eo peccāt: qui eas nō in hac uita: sed  
 apud inferos esse aiunt. Nos utiq; rectius: qui alterā uitæ: alteram mortis: & hic tamē  
 has uias esse diximus. Sed illa dexterior: quæ iusti sunt gradientes nō in elysium ferret

NEPHITOMON

has uias esse diximus. Sed illa dexterior: qua iusti sunt gradientes non in elysium fere: sed in caelum. Immortales enim fiunt. Sinisterior ad tartarum. Aeternis enim cruciatibus abducuntur iusti. Veneranda est a nobis iustitiae uia: quae ducit ad uitam. Primum aut iustitiae officium & deum cognoscere & parentem: eumque metuere ut dominum: diligere ut patrem. Is est enim qui nos genuit: qui uitali spiritu animauit: qui alit: qui saluos facit. Habet in hos non modo ut pater: uerum etiam ut dominus licentiam uerberandi: & uitae ac necis potestatem: unde illi ab homine duplex honos: id est amor cum timore debetur. Secundum iustitiae officium est hominem agnoscere uelut fratrem. Si enim idem deus fecit: & uniuersos ad iustitiam: & ad uitam aeternam: pari conditione generauit. Fraternali utique necessitudine cohaeremus: quam qui non agnoscit: iniustus est.

Sed origo huius mali: quae societas inter se hominum: quo necessitudinis uinculum dissoluitur: est quae ab ignorantia ueri dei nascatur. Qui enim fontem illum benignitatis ignorat: bonus esse nullo modo potest. Inde est quod ex eo tempore: quo multi dii consecrati ab hominibus colique coeperunt: fugata est (sicut poetae aiunt) iustitia: sic direptum est omne foedus: directa societas iuris humani cum sibi quisque consulere: ius in iuribus computare: nocere inuicem: fraudibus aggredi: dolis circumscribere: commoda aliorum incommodis adaugere: non cognatis: non liberis: nec parentibus parcere: ad necem hominum pocula temperare: obsidere cum ferro uias: mari confestare: libidini autem quo furor duxerit fræna laxare: nihil denique sancti habere: quod cupiditas infanda non uiolaret. Cum hæc fierent: tum leges sibi homines condiderunt pro utilitate communi: ut se interim tutos ab iniuriis facerent. Sed metus legum non scelera comprimebat: sed licentia submouebat. Poterant enim leges delicta punire: conscientiam punire non poterant. Itaque quae ante palam fiebant: clam fieri coeperunt. Circumscribi etiam siquidem ipsi praesides legum praemiis muneribusque corrupti uel in remuneratione malorum: uel pernicie iustorum sententias uendicabant. His accedebant dissensiones: & bella: & mutuae depredationes: & oppressis legibus saeuendi potestas licenter assumpta. In hoc statu cum essent humanae res: miseratus est nostri deus. Reuelauit se nobis: & ostendit ut in ipso religionem: fidem: castitatem: misericordiam disceremus: legemque diuinam: quae humana cum caelestibus copulauit tradere ipso domino sumeremus qua lege uniuersi: quibus irratiti sumus: errores cum uanis & impiis superstitionibus tollerentur. Quid enim homini debeamus: eadem illa lex praescribit: quae docet quicquid homini praestiteris: deo praestare. Sed radix iustitiae: & omne fundamentum aequitatis est illud. Vnde ut ne facias ulli: quod pati nolis: sed alterius animum de tuo metieris: si acerbum est iniuriam ferre: & qui eam fecerit: uidetur iniustus. Transfert in alterius personam quod in te sentis: & in tuam quod de altero iudicas: & intelliges tam te iniuste facere: si alteri noceas: quam alterum: si tibi. Hæc si mente uoluemus: innocentiam tenebimus: in qua iustitia uelut in primo gradu consistit. Primus est enim non nocere proximo: sed officere: prodesse. Et sicut in rudibus agris prius quam serere incipias: euulsis sentibus & omnium stirpium radicibus amputatis: arua purganda: sic de nostris animis prius uicia detrahenda: & tunc demum uirtutes inserenda: de quibus seminatae per uerbum dei fruges immortalitatis oriantur. Tres affectus uel (ut ita dicam) tres furcae sunt: quae in animis hominis tantas perturbationes ciunt: & interdum cogunt ita delinquere: ut nec fame: nec periculi sui respectu: tuta habere permittant: circa quae uindictam cupit a natura: quae desiderat: opes libido quae appetit uoluptates. His uitiis resistendum est: hæc stirpes erueda: ut uirtutes feri possint. Hos affectus stoici amputandos: peripatici temperandos

putant. Neutri eorum recte: quia neque detrahi possunt: si quidem natura insiti habet certam magis quam rationem: neque bonum quoniam si mala sunt: cendum est: etiam temperandum mediocribus: si bona integris ad utendum est. Nos uero neque detrahendos: neque minuendos esse dicimus. Non enim per se mala sunt quae deus homini rationabiliter conseruat: sed cum sint utique natura bona: quoniam ad tuendam uitam sunt attributa male utendo fiunt mala: sicut si fortissime pro patria dimices: bonum est: si contra patriam malum. Sic & affectus si ad usus bonos habeas uirtutes erunt: si ad malos uitia dicentur. Ira igitur ad coheritionem peccatorum: id est ad regendam subiectorum disciplinam data est a deo: ut metus licentiam comprimat & compescat audaciam. Et qui terminos eius ignorat: irascitur paribus aut fortioribus. Inde ad immania facinora profilitur: inde ad caedes: inde ad bella confurgitur. Cupiditas ad desideranda & conquirenda uitae necessaria tributa est. Sed qui nesciunt fines eius: insatiabiliter opes congerere nituntur. Hinc uenena hinc circumscriptiones: hinc falsa testimonia: hinc omnium fraudum genera erumpent. Libidinis autem affectus ad procreandos filios insitus & natus est: sed qui limites eius animo non tenent: utantur eo ad solam uoluptatem. Inde illicitae iam opes: id est adulteria & stupra: inde omnes corruptelae oriuntur. Redigendi ergo sunt isti affectus in fines suos & in uiam rectam redigendi: in qua & si sunt uehementes: culpam tamen habere non possunt.

**O**hibenda est ira cum patimur iniuriam: & ut malum comprimatur: quid ex certamine impendet: & duas maximas uirtutes innocentiam: patientiam teneamus. **A**natura frangitur: cum habemus: quod satis est. Quis enim furor est in his congerendis laborare: quae aut latrocinio: aut furore: aut proscriptione: aut morte ad alios acer sit peruenire? Libido extra legitimum thorum non euagetur: sed creandis liberis seruiat. Appetentia enim nimia uoluptatis: & periculum parit: & insaniam generat. Et (quod est maxime cauendum) mortem accurit aeternam. Nihil est enim tam inuisum deo: quam mens incaesta & animus impurus. Nec hac sola uoluptate abstinendum sibi putet: quae caditur ex foemine corporis copulatione: sed & ceteris uoluptatibus sensum reliquorum: quia & ipsa sunt uitiosa: & eiusdem uirtutis est eas continere. Oculorum uoluptas percipitur ex rerum pulchritudine. Aurium de uocibus canoris & suauioribus. Narium de odore iucundo saporis de cibis dulcioribus: quibus his omnibus uirtus repugnare fortiter debet: ne his illecebris irretitus animus: a caelestibus ad terrena: ab aeternis ad temporalia: a uita immortali ad perpetuam poenam deprimatur. In saporis & odoris uoluptate hoc periculum est: quod trahere ad luxuriam poterit. Qui enim fuerit his deditus: aut non habebit ullam rem familiarem aut si habuerit: assumet: & aget post modum uitam detestabilem. Qui autem rapitur auditu: ut raceam de cantibus: qui sensus ita saepe deliniant: ut etiam status mentis furore perturbentur compositis ceteris orationibus: numerosisque carminibus: aut argutis disputationibus ad ipsos cultus facile traducunt. Inde est quod scriptis caelestibus: quae uidentur incompta: non facile creduntur: quia aut ipsi sunt disertissimi: aut diserta legere uolunt: non quaerunt uera: sed dubia: imo illis haec uidentur uerissima esse: quae auribus blandiunt: ita respuunt ueritatem: dum sermonis uarietate capiuntur. Voluptas uero quae spectat ad uisum: multiformis est. Nam quae percipitur ex rerum praeciosarum pulchritudine: auaritia concitat: quae aliena esse debet a sapiente atque iusto. Quae autem capitur de specie mulierum in alteram capit uoluptatem: de qua iam superius locuti sumus.

NEPHITOMON

Vperest de spectaculis dicere quæ quoniã potētia sunt ad corrupendos ani-  
 mos uitãda sapientibus & contēnenda sunt taliter: q; ad celebrandos deorū ho-  
 nores inuenta memorãt. Nã munerū additiones. Saturno factæ sūt. Scena li-  
 beri patris est. Ludī uero circeales Neptunno dicati putant. ut iã qui spectat interest: re-  
 licto dei cultu: ad p̄fanos ritus transisse uideatur. Sed ego de re malo dicere: q̄ de origine  
 Quid tã horribile: tã tetrū: q̄ hoīs trucidario: Ideo sãuerissimis legibus uita nostra mul-  
 ctatur. Ideo bella execrabilia sunt inuenta: tamē cōsuetudo quatenus homicidiū sine bel-  
 lo ac legibus faciãt: & hoc ut scelus iudicat. Quod si intereste homicidio sceleris consciētia  
 est & eodē facinore spectator obstrictus est: cui & admissor: ergo & his gladiatorum sce-  
 leribus nō minus cruore pfundit qui spectat q̄ ille qui facit: nec p̄or eē immunis a sangui-  
 ne: qui uoluit effundere: aut uideri nō interfecisse: qui interfectori & fauet: & præmiū po-  
 stulauit. Quid scena: Num sanctior: in qua comœdia de stupris & amoribus. Trage-  
 dia de incæstis & parricidis fabulatur. Istrionici etiã ipudici gestus: q̄bus infames scœmi-  
 nas imitatur libidines: quas saltando exprimūt docent: nō minus corruptelarū disciplina  
 rū est: in quo sicut per imaginē: quæ nō sunt: ut fiãt sine pudore quæ uera sunt. Spectat  
 hæc adolescentes: quorū lubrica ætas quæ frenari ac regi debet: ad uitia & peccata his  
 imaginibus eruditur. Circus nō innocentior æstimat: sed maior hic furor est: siquidem  
 mentes spectantiū tanta feruntur insania: ut nō mō incōuitia: sed etiã in rixas: nec nō &  
 in prælia & cōtentiones sæpe cōsurgāt. Fugienda igit̄ oīa spectacula: ut trãquillū men-  
 tis statū tenere possimus. Renūciandū noxiis uoluptatibus: ne delinēti suauitate pestife-  
 ra: in mortis laqueos incidamus. Placet sola uirtus: cuius merces immortalis ē: cū uice-  
 cerit uoluptatē. Suppositus aut̄ affectibus: & p̄domitis uoluptatibus: facilis in cōprimē-  
 dis cæteris labor ē ei: q; sit dei ueritatē: q; sectaturus: nō maledicēt unq̄: q; spectabit a deo  
 benedictionē. Hinc iurabit ne deū ludibrio hēat: sed ne iurabit qd̄ ne qn̄ uel necessitate  
 uel cōsuetudine in piuriū eadat. Nihil subdole: nihil dissimulãter loquet̄: neq; abnega-  
 bit quod sponderat: neq; promittet qd̄ facere nō possit: nō inuidebit cuiq; qui de suo  
 cōtētus: nec detrahet: aut male alteri uolet: in quē forsità beneficia dei p̄nora sunt. Nō  
 furabit: nec oīnō q̄c̄q; cōcupiscet alienū: non dabit i usura pecuniã. Hoc ē enī de alienis  
 malis lucra captare: nec tñ negabit: si qd̄ necessitas cogit mutuari. Nō erit asper in filiū:  
 nec in seruū meminerit: q; ipse patrē habeat ac dominū. Ita cū his aget: quẽ admodū se-  
 cū agi uellet. Munera supabūdantia nō recipiet à tenuioribus: nec enim iustū est augeri  
 patrimonia locupletū p̄ dāna miserorū. Vetus præceptū est nō occidere: qd̄ sic accipi de-  
 bet: nō tãq̄ iubeamur ab homicidio tātū: qd̄ ēt legibus publicis uideretur manus absti-  
 nere nec iussione interposita: nec uerbo licebit piculū inferre: nec infantem necare: aut expo-  
 nere: nec seipsum uoluntaria morte dānare. Idem nō adulterare: sed hoc p̄cepto nō solum  
 corrūpere alienū matrimoniū phibet: qd̄ etiã cōi gētiū iure dānatur: uerū etiã p̄stitutis  
 corporibus abstinere. Supra leges lex enī dei est: ea quoq; q̄ pro lucris habēt uetat: ut iu-  
 stitiã cōsumet. Eius dē legis est falsum testimoniū nō dicere: qd̄ & ipsum latius patet: si  
 falsum testimoniū mēdacio nocet ei: cōtra quē dicit: & fallit eū apud quē dicit. Nunq̄  
 igit̄ mētiendū est: q̄ mendaciū sēp aut falit: aut nocet. Nō est uir iustus: q̄ nō sine no-  
 xa uitioso sermone mentitur. Hinc uero adulari licet: pernitiōsa est enim ac deceptra  
 adulatio: sed ubique custodiãt ueritatem: quæ licet ad præsens sit insuauis: tamen cum  
 fructus eius atque utilitas apparuit: non odium pariet (ut ut ait poeta) sed gloriam.

Idē de his quæ uetantur: dicam nunc breuiter quæ iubent. Innocētia proxima est  
 misericordiã. Illa enim malum nō facit: & hæc bonū operat̄. Illa ichoat iustitiã

hæc cōplet. Nā cū inbecillior sit hominū natura q̄ cæterarū animātium: quas deus & in-  
structas ad inferendā: & munitas ad uim repellendā figurat: affectum nobis misericordiæ  
dedit: ut oē præsidium uitæ nostræ in mutuis auxiliis poneremus. Si. n. facti ab uno deo:  
& orti ab uno hoīe cōsanguinitatis iure sociamur. Oēs igitur hominē diligere debemus  
Itaq; nō tātū inferre iniuriā nō oportet: sed ne illatā quidem uīdicare: ut sit i nobis perfe-  
cta innocētia. Ideo iubet nos deus etiā pro inimicis precē facere semper. Ergo animal cōe  
at cōsors esse debemus: ut nos inuicem præstandis recipiendisq; auxiliis muniamus. In  
multis enim casibus & incōmodis fragilitas nostra subiecta est. Speres tibi accidere: q;  
alteri accidit. Ita demē exciraberis ad opē ferēdā: si sumpseris eius animū: qui opē tameo  
in malis cōstitutus implorat. Si quis uictu indiget impartiamur. Si quis apotentiori in-  
iuriā sustinet: eruamus Pateat domiciliū nostrū: uel pelegrinis: uel indigentibus tecto:  
Pupiliis defensio: uiduis tutela nostra nō desit. Redimere ab hoste captiuos magnū nu-  
mine opus est. Aegros paupes uisitare: atq; fouere inopes: aut pauperes (si obierint) non  
patiamur insultos iacere. Hæc sunt opa hæc officia misericordiæ quæ si quis perfecit  
uerū & acceptū sacrificiū deo imolabit. Hæc latabilior uictima est apud deū qui nō pec-  
cudū sanguine: sed hoīs pietate placatur: quē deū (quia deus ē) suam & ipsam lege sua  
& cōditione persequitur: miseretur ei quē uiderit misericordē. Iræxabilis ē ei: quē precā  
tibus cernit imitē. Ergo ut hæc oīa quæ deo placent: facere possimus: contennenda est  
pecunia: & ad cælestes transferenda thesauros: ubi furor non est nec rubigo cōsumet nec  
tyrannus eripiat. Sed nobis ad æternā opulentiā deo custode seruetur.

Ides quoq; magna iustitiæ pars est: quæ maxime a nobis qui nomē fidei geni-  
mus: cōseruāda est præcipue in religione: qui deus prior est & potentior q̄ hoī.

Et si est gloriosus pro amicis: pro parētibus: pro liberis. i. pro hoīe suscipe mor-  
tem & qui hoc fecerit: diurnā memoriā laudēq; cōsequitur: q̄to magis pro deo: qui po-  
test æternā uitā pro temporali morte præstare. Itaq; cū iciderit huiusmodi necessitas: ut  
discedere a deo: atq; ad ritus gentiū transire cogamur: nullus nos metus: nullus terror  
inflectat quo minus tradat amico: his fidē custodiamus. Deus sit ante oculos: sit in cor-  
de cuius interno auxilio dolor uiscerū: & adhibita corpori tormenta superentur. Nihil  
tunc aliquid q̄ uitæ immortalis præmia cogitemus. Ita facile & dissipandi aut utendi artus  
fuerint tolerabilibus quæ in nos tyrānicæ dominationis amētia molietur. Postremo ip-  
sam mortē nō inuiti aut timidi: sed libenter & iterriti subire nitamur: ut sciamus qualis  
apud deū gloria sumus futuri triūphato sæculo ad pmissa ueniētes. Quibus bonis: q̄ta  
beatitudine breuia hæc pœnarū mala: & huius uitæ dāna p̄semus. Quod si facultas hu-  
ius gloriæ deerit: habebit fides etiā in pace mercedē. Teneatur ergo i oibus uitæ officiis  
teneatur in matrimonio. Non enim satis est: si aut alieno thoro: aut lupanari abstineas.  
Qui habet coniugē: nihil querat extrinsecus: sed contentus ea sola castiget. In uiolati cu-  
bilis sacramēta custodiat. Adulter enī deo & pro incæstus qui abiecto iugo uel in liberā  
uel in seruā peregrina uoluptate luxuriat: Sed sicut scemina castitate uinculis obligata  
est: & ne aliud cōcupiscat: ita uir eadem lege teneatur: quo deus ex uiro uxorē unius cor-  
poris cōpage solidauit. Ideo præcepit nō dimitti uxorem: nisi crimine adulteri deuictam  
& nunq̄ cōiugalis fœderis uinculum: nisi ruperit resoluatur. Illud quoq; ad consuman-  
dam pudicitiam iungitur: ut non modo peccatum absit: uerum etiam cogitatio. Pollui  
enim mentem: quīs inani cupiditate manifestum est. Itaq; iustum hominem qui scit se  
nec facere oportere: nec uelle: Pugnanda est igitur conscientia: quam deus peruidet: qui  
falli non potest. Euacuetur omni labe pectus: ut templum dei esse possit: quod nō aut

NEPHITOMON

nec eboris nitor: sed fidei & castitatis fulgor illustrat. Sed in hac oīa difficilia sunt homini nec patitur cōditio fragilitatis naturæ quæ sine macula. Vltimū ergo remedium illud est: ut cōfugiamus ad penitentiā: quæ nō minimum locū inter uirtutes habet: quia sui correctio est ut cū forte aut re aut uerbo lapsi fuerimus: statim resipiscamus: ac nos deliquisse fateamur: oremusq; a deo ueniā: quā pro suā misericordia nō negabit: nisi p̄ se uerabimus in errore. Magnū est penitentiæ auxiliū: magnū solatiū. Illa est uulnerum peccatorumq; sanatio: illa spes: illa portus salutis: quā qui tollit uia uitæ sibi amputat quia nemo esse tā iustus pot̄ ut nunq̄ sit ei penitentiā necessaria. Nos uero & si nullum sit peccatū: cōfiteri nō debemus: & pro debitis nostris identidē deprecari: gratias agere etiam in malis. Hoc enim semper obsequium domino deferamus.

Vmilitas enī cara & amabilis deo est: qui cū magis suscipiat peccatōrē cōfitem: quē in regnis cælestibus faciat pro humilitate sublimari. Hæc sūt quæ debet cultor dei exhibere. Hæ sunt uictimæ: hoc sacrificiū placabile. Hic uerus ē cultus: cum homo mentis sua pignora in aram dei cōfert: summa illa maiestas hoc cultore letatur. Hūc ut filium suscipit sibi: quia domum immortalitatis impartit unde quæ nunc mihi differendū est: & arguēda est psuasio eorum qui extingui animas cū corporibus putauerūt: qui quia nec dum sciebāt: nec arcanū mūdi perspicere poterāt. ne hominis quidē animæ quæ rationē cōprehēderit. Quomodo enim possent sapientia prouidere: qui scientiam nullo modo habent. Negātes ergo nullā prouidentia utiq; deū q̄ sōns & caput eorū est: negauerūt: sequebatur ut ea quæ sunt aut semper fuisse dicerēt: aut sua sponte esse nata. aut minorū seminū cōglobatione concreta semper fuisse dici poterēt: quod testes uī subiacerēt: quia ipsum enim esse sine aliquo uitio nō potest sua spē: aut i his nasci potest: nulla est sine ratione natura. Semina enī principalia quomodo esse poterunt: cū & semina exordiis oriant: & uicissim res ex seminibus. Nullū igitur semen est quod originē nō habet. Sic factū est ut cū putaret mundū nulla prouidentia factū ne hūc minē quidē putaret aliqua ratione generari. Quod si nulla esset in fingēdo homini ratio uersata: immortalē igitur animā esse posse. Alii uero ex aduerso & deū esse unū: & ab eo mūdū factū: & hominē eū factū & animas esse imortales existimauerunt. Sed cū ea senserūt huiusmodi: nō tanti diuini operis atq; consilii: nec causas: nec ratione: nec exitus perspexerunt: ut omne ueritatis arcanū cōsumarent: atq; ueluti sine cōcluderēt. Sed quæ illi facere nō potuerūt quia ueritatē perpetuo nō tenebāt: nobis faciendū est qui eam cognouimus: deo anūciante. Cōsideremus igitur quæ ratio fuerit huius tanti tamq; immē si operis fabricandi. Fecit deus mundū sicut Plato existimauit: sed cur fecit non ostendit quia bonus inquit: & inuidēs nulli fecit quæ bona sunt. Aut cū uidemus in rerū natura & bona esse & mala. Potest ergo existere peruersus aliquis qualis fuerit. Atheus ille: & Theodorus & platonī respondere: immo quia malus est fecit quæ mala sūt. Quō illū redarguet: si quæ bona sunt defecit. Vnde igitur in mala eruperūt: quæ plerūq; etiā praua lent in materia inquit cōtinebantur. Si mala igitur & mala ut aut nihil fecerit deus: aut si bona tantū fecit: æterniora sunt mala quæ facta nō sunt q̄ bona quæ habuerunt exordium. Finē igitur habebūt quæ aliquādo cœperūt: & permanebūt quæ semper fuerūt. Mala igitur potiora sunt. Si autē potiora esse nō possunt: ne æterniora quidem possunt. Ergo aut utraq; semper fuerunt: aut deus ociosus: aut utraq; ex uno fonte fluxerunt. Est enim conueniens ut deus oīa fecerit potius: qui nihil ergo secūdū sententiā Platonis. Ideo deus & bonus est quia bona facit & malus quia mala. Quod suffieri nō potest: appareat non ideo factū esse mundū: quia mundus bonus ē: quoniam enī cōplexus & bona & ma

De 111

la: nec fecit propter se quicquid sed propter aliud. Domus. n. edificatur non hoc ad solum ut sit domus: sed ut suscipiat & tueatur habitatem. Item nauis fabricatur non ad hoc: ut nauis uideatur: sed ut in ea possint homines nauigare. Vasa autem sunt non ut uasa sint: solum sed ut capiatur quae sunt usui necessaria. Sic & mundus deus ad usum aliquem fecerit necesse est. Stoici autem causa hominum factum esse & recte. Homines enim fruuntur his omnibus bonis quae mundus in se continet. Sed ipsi homines cur facti sunt: aut quid in illis habeat illa fabricatrix prouidentia non explicat. Immortales esse animas idem. Plato affirmat: sed cur aut quando aut quomodo: aut per quem immortalitatem assequatur aut quid non tantum illud mysterium cur hi qui sunt immortales futuri: prius mortales nascantur. Deinde decurso temporis uita: spatio atque abiectis fragiliu corporu exuuiis. ad aeternam illam beatitudinem transferantur: non comprehendit deus: nec iudicium dei: nec discrimen iusti & iniusti explicauit: sed animas quae se sceleribus immeritis: haec aeternam condempnare putauit: ut in pecudibus renascantur: & ita peccatoru suoru luerent: donec rursus ad figuras hominum reuertantur. Et hoc fieri semper nec circa finem transmeandi ludum mihi nescio quem inducit somnio similem: cui nec ratio ulla: nec dei gubernatio nec consiliu aliquod inesse uideatur.

Idem nunc quae sit illa sententia: quam ne hi quidem qui uera dixerunt: collatis in unum causis atque factionibus conectere potuerunt. Factus a deo mundus: ut homines nascerentur. Nascuntur autem homines ut deum parentem agnoscant: ut colant in quo iustitia est. Colunt ut mercedem immortalitatis accipiant. Accipiunt immortalitatem: ut in aeternum deo seruiant. Vides ne quemadmodum sibi conexa sint: & prima cum mediis: & media cum extremis? Inspiciantur singula & uideamus utrum ne illis ratio quoque subsistat? Fecit ergo deus mundum propter hominem. Hoc qui non uidet: non multum distat a pecude. Quis caelum suscipit nisi homo? Quis solem? Quis astra? Quis opera dei miratur: nisi homo? Quis colit terram? Quis ex ea fructum capit? Quis nauigat mare? Quis pisces? Quis uolantia? Quis quadrupes habet in potestate: nisi homo? Cuncta igitur propter hominem deus fecit: quia usui hominum cuncta cessere. Recte ergo uiderunt philosophi: sed illud quod sequitur: non uiderunt: quod ipsum hominem propter se fecerit. Erat enim consequens & necessarium: & pius: & cum hominis causa totam operam molitus sit. cum tantum illi honoris tantum illi potestatis: ut dominetur mundo: & homo agnosceretur: dominum tantorum beneficiorum auctorem fecit: & mundum propter ipsum: & ei cultum & honorem debitum redderet. Haec plato aberrauit: hic perdidit quam primum: arripuerit ueritatem: cum de cultu eius dei que conditor rerum ac parentem fatebatur: obtinuit: nec intellexit hominem deo potestatis uinculis esse religatum: unde ipsa religio notatur. Et hoc est solum: propter quod immortales animae fiunt. Sensit tamen aeternas esse: sed non per gradus ad eam sententiam descendit. Amputatis enim mediis: incidit totius in ueritatem: quasi per abruptum aliquod praecipitium nec ulterius progressus est: quoniam casu ad eam: non ratione peruenit. Colendus est igitur deus: ut per religionem quae eadem iustitia est accipiat homo immortalitatem: nec est ullum aliud praemium pietatis: quae si est inuisibilis non potest ab inuisibili deo nisi inuisibili mercede donari. Plurimi uero argumentis colligi potest aeternas esse animas. Plato ait quod se ipsum mouet neque principium motus neque finem non habere. Animum autem hominis per se semper mouet: quia sit ad cogitandum mobilis: ad inueniendum solers: ad percipiendum facilis: ad discendum ea pax & qui praeterita teneat praesentia comprehendat: futura prospiciat: multarumque rerum & artium scientiam complectatur. Immortale esse siquidem nihil habeat in se terreni potestatis labe concrerit. Praeterea ex uirtute aut uoluptate intelligitur aeternitas animae: uoluptas: omnium communis animalibus. Virtus solius est hominis. Illa uitiola est: haec honesta. Illa secundum na-

NEPHYTOMON

turam: hæc aduersa naturæ. Nisi anima immortalis est: uirtus enim pro fide: pro iustitia nec eget: nec timet: nec exiliū metuit: nec carcerem perhorrescit: nec dolorē reformidat: nec mortem recusat. Quæ quia natura cōtraria sunt: aut stultitia est uirtus: si & cōmoda impedit: & uiræ nocet. Aut si stultitia nō est ergo anima immortalis est: & ideo præsentia bona contēnit: alia quia sunt alia potiora quæ post dissolutionem sui corporis assequatur. Illud autem maximū argumentū immortalitatis: quo deum solus homo agnoscit. In matris nulla suspitio religionis: quia terrena prospiciunt. Homo ideo rectus cælum aspiciat: ut deum quærat. An potest ergo esse mortalis: qui imortalem desiderat? Non potest esse solubilis: qui cū deo & uultus: & mente cōmunitus est. Deniq; cælesti elemento qd' ē ignis homo solus utitur. Si enī lux per ignem: uita per lucem: apparet eum qui usum ignis habet nō esse mortalem: quoniā id illi proximū id familiare est: sine quo nō potest nec lux nec uita constare. Sed quid argumentis colligimus æternas esse animas: cū habemus testimonia diuina: Id enī sacræ literæ ac uoces prophetarū docēt. Quod si cui parum uideatur: legat carmina Sybillarū. Apollinis quoq; Milesii responsa consideret: ut intelligat delirasse Democritū: & Epicurū & Dicearcū: qui soli omnium mortaliū: quod est euidentis negauerūt. Confirmata immortalitate: superest dicere a quo ei tribuatur cū cætera & cōstituta diuinitus tempora cōpleri: cœperint: interitū & consumationem rerū fieri necesse est ut innouetur a deo mundus. Id uero tempore in proximo est: quantum de numero annorum: deq; signis quæ prædicta sunt a philosophis colligi potest. Sed cum sit innumerabilia quæ de fine sæculi & consumatione temporū dicta sunt: ea ipsa quæ dicunt nuda ponenda sunt: quoniā (ut testimonio utamur) immensum est: si quis illa desiderat: aut nobis minus credit: adeat ad sacrarium cælestium literarum: quarum fide instructior errasse philosophos sentiat: qui aut æternum esse hunc mundum: aut infinita esse annorum milia putauerunt: ex quo fuerit instructus. Nondum enim sex milia completa sunt: quo numero consumato: totum demum malum omne tolletur: ut regnet sola iustitia: quod quate nuseuenturum sit: paucis explicabo.

Acc aut probatis sed a uatibus futura dicuntur: cū cœperit mūdo finis ultimus p  
**h** pinquare: malitia inualescet: oia uiciorū & fraudū genera crebrescēt. Iustitia interibit: fides: pax: misericordia: pudor ueritas non erit. Vis & audacia p̄ualebit. Nemo quicq; habebit: nisi male partū: manuq; defensum. Si qui erūt boni: prædæ ac ludibrio habebunt. Nemo pietatē parentibus exhibebit. Nemo infantis aut senis miserebitur: auaritia libido uniuersa corrūpet: Erunt cædes & sāguinis effusiones. Erunt bella nō mō externa & finitima: uerū etiā intestina. Ciuitates inter se belligerabunt. Ois sexus & ois ætas arma tractabunt. Non imperii dignitas cōseruabitur. Nō militiæ disciplina: sed more latrocinii deprædatio & uastatio fiet. Regnū multiplicabitur & decē uiri occupabunt orbē: & patient: & uorabunt: & existet longe potērior ac nequior. Qui tribus delictis Asiam possidebit: cæteris in potesta. e sua redactis & alcisis: uorabit oēm terrā: leges nouas statuet: ueteres abrogabit. Rempu. suam faciet: nomē imperii sedemq; mutabit. Tunc erit tēpus infandum & execrabile: quonemini libeat uiuere. Deniq; in eū statū res cadet: ut oēs uiuos lamētatio: mortuos gratulatio sequat. Ciuitates & oppida interibūt: mō ferro & igni mō terremotibus crebris: mō aquarū inuudatione: mō pestilentia & fame. Terra nihil feret aut rigoribus nimis. aut caloribus sterilis. Aqua omnis partim mutabitur in cruorem: partim in amaritudinem uitiabitur: ut nihil sit nec ad cibos utile nec ad potum salubre. His malis accident prodigia hominibus ad timorem. Cometæ crebro apparebunt. Sol perpetuo squalore fuscabitur. Lunam color sanguinis obumbrabit:

Trismegistus.

nec amissa lucis damna reparabit. Stellæ omnes decident: nec temporibus sua ratio cōstabit: hyeme ac æstate cōfusis. Tūc & annus: & mēsis & dies breuiat: & hāc esse mundi senecturē & defectiōē Trismegistus elocutus est: quæ cum uenerit: adesse tempus sciēdum est: quo deus ad cōmutandū sæculū reuertatur: Inter autē hęc mala surget rex impius nō modo generi hominū: sed etiā deo inimicus. Hic reliquias illius prioris tyrāni cōteret: cruciabit: uexabit: interimet. Tunc etiam lachrimæ, lugēs & gemitus præpotes: & ad eum cassæ preces: nulla requies ad formidinem: & somnus ad quietem. Dies cladem nox metus augebit semper. Sic orbis terrarum pene ad solitudinem hominum redigetur. Tunc impius iustos homines ac diuites deo duobus & quadraginta mensibus persequetur: & se colī iubebit ut deus. Se enim dicet esse deum cum sit antichristus: qui ut erit aduersarius: & ut ei possit accipiet potestatem mirabilia faciendi: ut ignis descendat de cælo ut sol resistat a cursu: ut imago quā posuerit: loquatur. Quibus prodigiis allicet multos ut adorēt eū signūq; eius in manu aut fronte suscipiāt. Et qui nō adorauerit: signūq; susceperit: exquisitis cruciatibus morietur. Ita fere duas partes exterminabit: tertia in desertas solitudines fugiet. Sed ille ueteri uia implicabili sarens abducat exercitum & obsidebit montem: quo iusti confugerint. Qui cū se uiderint circumfossos: implorabunt auxilium dei uoce magna: & audiet eos deus: & immet eis liberatorem. Tunc cælum in tēpesta nocte patefiet & descēdet Christus i uirtute magna: & antecedit eū claritas ignea: & uirtus inestimabilis angelorū: & extinguetur omnis illa multitudo impiorum: & torrentes sanguinis current: & ipse ductor effugiet: atq; exercitu sæpe reparato: q̄tū præliū faciet: quo captus eū cæteris tyrānis tradetur exultioni. Sed & ipse dæmonum priiceps auctor & machinator mælorū: cathenis igneis alligatus custodia dabitur: ut pacem mundus accipiat: ut uexata sæculis terra requiescat. Pace igitur parata: compressoq; omni malo: rex ille iustus & uictor: iudicium magnū de uiuis & mortuis faciet super terrā: & uiuentibus quidē iustis tradet in seruitutē gentes uniuersas. Mortuos autem ad æternā uitā suscitabit: & in terra cū his ipse regnabit: & condet sanctā ciuitatē. Et erit regnū iustorum mille annis. Per idem tēpus stellæ candidiores erūt: & claritas solis augebitur: & lunā nō patietur diminutionē. Tunc descēdet a deo pluuia benedictionis matutina & uespertina: & omnem frugem terra sine labore hominū procreabit: Stillabunt mella de rupibus: lactis & uini fontes exuberabunt. Bestiæ deposita seritate mansuescent. Lupus inter pecudes errabit innoxius. Vitulus cū leone pascetur. Colūba cū accipitre cōgregabitur. Serpens uirus nō habebit. Nullū animal uiuet ex sanguine. Omnibus enim deus copiosum: atq; innocentē uictum dabit. Peractis uero mille annis: ac resolutō dæmonū principis: rebellabit gētes aduersus iustos: & ueniet innumerabilis multitudo ad expugnandā delendāq; sanctorū gētē. Cōcuciet. a. a fūdāmētis suis terrā: & corruēt ciuitates: & pluet super ipsos ignē cū sulfure & grādine: & ardebūt: & se iuicē trucidabūt. Iusti uero paulisp sub terra latebūt: donec p̄ditio fiat gētū: & exhibūt post diē tertiū: & uidebūt cāpos cadaueribus opertos. Tunc fiet terremotus: & sindent se mōtes & subsidēt iū altitudine uallis profunda & cogerent in ea corpora mortuorū: & uocabitur nomē eius Polyandrum. Post hęc renouabit mundū: & transformabit iustos & in figurā angelorū: ut immortalitatis ueste donati: seruiant deo in sempiternū. Tunc enim impii resurgent nō ad uitā: sed ad pœnam: eisq; secūda resurrectio facta deū excitabit: ut ad perpetua tormēta damnet æternis ignibus traditi merita pro sceleribus suis soluant. Hęc oīa uera: omnium consona ad ministratiōe prædicta cū eadem Trismegistus: eadem Idaspes: eadem Sybillæ concinunt: dubitari non potest. Curæ spes omnes uitæ: ac salutis in sola religione dei sit posita.

NEPHYTOMON

Iraque nisi homo susceperit: quē deus ad liberationē misit: qui missus est: nisi summum deum per eū cognouerit: mādata eius legesque seruauerit: in eas incidet pœnas de quibus locuti sumus. Proinde fragilia contemnenda sunt: ut solida cōsequamur. Spernenda terrena: ut cœlestibus honoremur. Temporalia fugiēda: ut ad æterna ueniamus. Erudiat se quisque ad iusticiam: si met ad continentiam præparet ad agonem: instruat ad uirtutem: ut si forte aduersarius indixerit bellū: nulla ui: nullo terrore: nullis cruciatibus a recto & bono diuellatur. Nō se substernat insensibilibus sigmentis: sed uerum & solum deū rectus cognoscat. Abiiciat uoluptates: quarum illecebris anima sublimis deprimatur ad terrā. Teneat innocentiam. Profit̄ q̄ plurimis. Incorruptibiles sibi thesauros bonis operibus acquirat: ut possit deo iudice pro uirtutis suæ meritis uel coronā fidei: uel præmiū immortalitatis adipisci.

Lactantii Firmiani in Ephyromon tractatus finit.

Impressum Venetiis per Simonem Beuilaquā papientem. Anno incarnationis dñi. M.cccc.l.xxxvii. Die quarto Aprilis.

Registrum huius operis sic se habet: cuius qualitas utrisque litterarum dedit.

<p><sup>a</sup> LACTANTII L.COELII runi ut posse <sup>b</sup> minime in explodunt titam post ter fatentur <sup>c</sup> non exire nes esse qui fecit <sup>d</sup> Hi sunt sunt poetæ multo esset <sup>e</sup> di non licet affirmat ut simalachram ipsi se in</p>	<p><sup>f</sup> ita coherere in solo &amp; quidem  <sup>g</sup> non uenit erit quo qualia sunt  <sup>h</sup> abest subiecimus significat  <sup>i</sup> rusalem Dabit  <sup>k</sup> nem sudit Nimirum Lactantii</p>	<p><sup>l</sup> li homines Vinxerat tes rabidæ  <sup>m</sup> catur mala cte hoc quidē uolet  <sup>n</sup> uno. Cn. sic: Ego Ergo cedem non  <sup>o</sup> Quo plane demonstrant um singula  <sup>p</sup> tum secuturū alligatas Quid pstant</p>	<p><sup>q</sup> unus est principium ostendunt Deo autem  <sup>r</sup> Si enim tā. Quo quid dissipabiles  <sup>f</sup> ut nunq̄ admodum bis ad lucem pedibus  <sup>t</sup> faucium sim q, xerit uitium  <sup>u</sup> has uias s Vperest nec eboris</p>
--	--	--	---

(1497)

... hinc est ...


Lactantii Pimianii Ephyron tractatus ...

Regium hinc opus de hinc ...

LACTANTI	na coherere	liberitate	ultra
L. COELLI	in celo	Vincere	est principium
...	et quidem	res sapient	estendunt
...	non acce	cat mala	Si enim
...	est quid	de hoc quid	est quid
...	qualitas	nostr	distipulit
...	adest	proca	utrum
...	subiectus	in ego	admodum
...	significat	ego	pro lacem
...	...	cedemnon	probus
...	...	Quo place	facium
...	...	denoniam	in p
...	...	am angula	...
...	...	tem lectum	...
...	...	aligars	...
...	...	Quid place	...


[Faint handwritten text]





B. XIV. 6.

Handwritten text, possibly a library stamp or note, partially obscured by a tear in the paper.



B. XIV. 6.

